θης καὶ ἀπαγαγὼν εἰς τὴν Κόρινθον ἐπίστησε τοῖς ἑαυτοῦ παιδίοις καὶ πᾶσαν ἐνεχείρισε τὴν οἰκίαν. ὁ δὲ οὕτως αὐτὸν ἐν πᾶσι διετίθει, ὥστε ἐκεῖνος περιιών, „Ἀγαθός," ἔλεγε, 75. „δαίμων εἰς τὴν οἰκίαν μου εἰσελήλυθε." φησὶ δὲ Κλεομένης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ παιδαγωγικῷ τοὺς γνωρίμους λυτρώσασθαι αὐτὸν θελῆσαι, τὸν δὲ εὐήθεις αὐτοὺς εἰπεῖν· οὐδὲ γὰρ τοὺς λέοντας δούλους εἶναι τῶν τρεφόντων, ἀλλὰ τοὺς τρέφοντας τῶν λεόντων. δούλου γὰρ τὸ φοβεῖσθαι, τὰ δὲ θηρία X. φοβερὰ τοῖς ἀνθρώποις εἶναι. θαυμαστὴ δέ τις ἦν περὶ τὸν ἄνδρα πειθώ, ὥστε πάντ' ὀντινοῦν ῥᾳδίως αἱρεῖν τοῖς λόγοις. λέγεται γοῦν Ὀνησίκριτόν τινα Αἰγινήτην πέμψαι εἰς Ἀθήνας δυοῖν ὄντοιν υἱοῖν τὸν ἕτερον Ἀνδροσθένην, ὃν ἀκούσαντα τοῦ Διογένους αὐτόθι προσμεῖναι· τὸν δ' ἐπ' αὐτὸν καὶ τὸν ἕτερον ἀποστεῖλαι τὸν πρεσβύτερον Φιλίσκον τὸν προειρημέ- 76. νον, ὁμοίως δὲ καὶ τὸν Φιλίσκον κατασχεθῆναι· τὸ τρίτον αὐτὸν ἀφικόμενον μηδὲν ἧττον συνεῖναι τοῖς παισὶ φιλοσοφοῦντα. τοιαύτη τις προσῆν ἄνωθεν Διογένους τοῖς λόγοις. Ἤκουσε δὲ αὐτοῦ e) καὶ Φωκίων ὁ ἐπίκλην χρηστὸς καὶ Στίλπων ὁ Μεγαρεὺς καὶ ἄλλοι πλείους ἄνδρες πολιτικοί. XI. Λέγεται δὲ πρὸς τὰ ἐννενηκοντά ἔτη βιοὺς τελευτῆσαι. περὶ

e) Ἤκουσε δὲ αὐτοῦ. Cod. Palat. ἠκολούθησε δὲ αὐτῶν.

rinthumque secum adducens filiis praeceptorem dedit et toti domni praefecit. Is vero ita se gessit in omnibus, ut sursum ac deorsum cursitans ille diceret, Bonus genius domum meam ingressus est. Refert Cleomenes in libro qui Paedagogicus inscribitur, necessarios suos illum redimere voluisse, illum vero eos fatuos dixisse: neque enim leones servos esse nutrientium, sed e converso illos servire leonibus. Nam servi timere est, feras vero hominibus terrori esse. Erat autem viro mirabilis persuadendi vis, adeo ut quemlibet oratione facile caperet. Fertur denique Onesicritus quidam Aeginensis Athenas misisse alterum ex duobus liberis suis, Androsthenem nomine, eumque quum audisset Diogenem, illic perstitisse; misisse itidem quem praediximus Philiscum, qui erat maior natu, ipsumque itidem detentum fuisse; postremo vero ipsum advenisse atque una cum filiis philosophatum esse. Tanta Diogenis sermonibus suavitas inerat. Audivit ipsum et Phocio qui cognominatus est Bonus, et Stilpo Megarensis et complures alii civiles viri. Fertur nonaginta ferme annorum obiisse diem. Porro de ipsius

Digitized by Google

δὲ τοῦ θανάτου διάφοροι λέγονται λόγοι· οἱ μὲν γὰρ βοὸς πόδα f) φαγόντα ὠμὸν χολερικῶς g) ληφθῆναι καὶ ὧδε τελευτῆσαι· οἱ δὲ τὸ πνεῦμα συγκρατήσαντα h), οὗτος ἐστι καὶ Κερκίδας i) ὁ Μεγαλοπολίτης ἢ Κρὴς k), λέγων ἐν τοῖς μελιάμβοις οὕτως·

Οὐ μὰν ὁ πάρος γ' ἔα Σινωπεὺς τῆνος
ὁ βακτροφόρας, διπλοείματος, αἰθεροβόσκας l),
ἀλλ' ἀνέβα χεῖλος m) ποτ' ὀδόντας ἐρείσας 77.
καὶ τὸ πνεῦμα συνδακών· εἷς n) γὰρ ἀληθέως
Διογένης Ζανὸς γόνος οὐράνιός τε κύων.

ἄλλοι φασὶ πολύπουν κυσὶ συμμερίσασθαι o) βουλόμενον οὕτω δηχθῆναι τοῦ ποδὸς τὸν τένοντα καὶ πατασχεῖν. οἱ μέντοι γνώριμοι αὐτοῦ, καθά φησιν Ἀντισθένης ἐν Διαδοχαῖς, εἰκάζουν τὴν τοῦ πνεύματος ἐγκράτησιν. ἐτύγχανε μὲν γὰρ p) διάγων ἐν τῷ Κρανείῳ q) τῷ πρὸ τῆς Κορίνθου γυμνασίῳ· κατὰ δὲ

f) *βοὸς πόδα.* Menagius coni. *πολύποδα.*
g) *χολερικῶς.* Casaubonus coni. *χολερικῷ*, quod non displicet Menagio.
h) *τὸ πνεῦμα συγκρατήσαντα.* Ambrosius: *continuisse spiritum atque ita expirasse.*
i) *Κερκιδᾶς.* Scribebatur *Κερκίδας.*
k) *Κρὴς.* Sam. Bochartus coni. *Ἀρκὰς.*
l) *αἰθεροβόσκας.* Scribebatur *αἰθεριβόσκας.* Cod. Palat. *αἰθεριβόσκος.*
m) *χεῖλος.* Edit. Froben. *χῖλος.*
n) *εἷς.* Edit. Froben. et cod. R *εἰς.* cod. Florent. *ἧς.* Stephan. et Menag. cum Ambrosio *ἦν. Εἷς* ex cod. Arund. restitui, praeeunte Aldobrandino qui vertit *unus*, probante Menagio.
o) *συμμερίσασθαι.* Edit. Froben. *συμμερίσαντα.*
p) *γὰρ.* Edit. Froben. *οὖν.*
q) *ἐν τῷ Κρανείῳ.* Menag. *ἐν Κρανείῳ.*

morte varia habetur opinio: sunt enim qui dicant illum quum bovis pedem crudum comedisset, bilem sibi conscivisse atque ita periisse; alii quum animam continuisset, ex quibus est Cercidas Megalopolita sive Cretensis, dicens in Meliambis sic:

Non enim patitur priscus ille Sinopeus,
Baculifer ille, et duplicatus, sub divo pastus,
Tandem qui sublatus est, quum labris dentes obfirmasset
Et spiritum continuisset: erat enim vere
Diogenes Iovis filius et caelestis canis.

Alii dicunt, quum polypum canibus partiri voluisset, morsum in cruris nervo accepisse atque ex eo defunctum esse. Ipsius tamen necessarii, ut in Successionibus ait Antisthenes, id potius approbant, quod spiritum continendo animam exhalaverit. Degebat enim in Cranio, quod erat gymnasium ante

Digitized by Google

τὸ ἔθος ἦκον οἱ γνώριμοι καὶ αὐτὸν καταλαμβάνουσιν ἐγκεκαλυμμένον οὐδ' εἶπασαν αὐτὸν κοιμώμενον· οὐδὲ γὰρ ἦν τις νυκταλὸς r) καὶ ὑπνηλός. ὅθεν ἀποπειράσαντες τὸν τρίβωνα ἔκπνουν αὐτὸν καταλαμβάνουσι καὶ ὑπέλαβον τοῦτο πρᾶξαι
78. βουλόμενον λοιπὸν ὑπεξελθεῖν τοῦ βίου. ἔνθα καὶ στάσις, ὥς φασιν, ἐγένετο τῶν γνωρίμων, τίνες αὐτὸν θάψωσιν· ἀλλὰ καὶ μέχρι χειρῶν ἦλθον. ἀφικομένων δὲ τῶν πατέρων καὶ τῶν ὑπερεχόντων, ὑπὸ τούτοις ταφῆναι τὸν ἄνδρα παρὰ τὴ πύλη τῆ φερούσῃ s) εἰς Ἰσθμόν. ἐπέστησάν τε αὐτῷ κίονα καὶ ἐπ' αὐτῷ λίθου Παρίου κύνα. ὕστερον δὲ καὶ οἱ πολῖται αὐτοῦ χαλκοῦς εἰκόσιν ἐτίμησαν αὐτὸν καὶ ἐπέγραψαν οὕτω·

Γηράσκει t) καὶ χαλκὸς ὑπὸ χρόνου, ἀλλὰ σὸν οὔτι
κῦδος u) ὁ πᾶς αἰών, Διόγενες, καθελεῖ·
μοῦνος ἐπεὶ βιοτᾶς x) αὐτάρκεα δόξαν ἔδειξας
θνητοῖς καὶ ζωῆς οἶμον ἐλαφροτάτην y).

79. ἔστι καὶ ἡμῶν ἐν τῷ προκελευσματικῷ z) μέτρῳ·

r) νυκταλός. Rossius l. l. §. XXXV. p. 98. sq. corr. νύσταλος.
s) φερούσῃ. Edit. Froben. ἐρούσῃ.
t) Γηράσκει. Cod. Arund. γηράσει. Legitur hoc epigramma apud Iacobsium Anthol. Planud. IV. 334. Tom. II. Anthol. Gr. Palat. p. 726.
u) κῦδος. Edit. Froben. et Stephan. κῆδος.
x) ἐπεὶ βιοτᾶς. Iacobs. l. l. γὰρ βιοτῆς.
y) ἐλαφροτάταν. Iacobs. l. l. ἐλαφροτάτην.
z) προκελευσματικῷ. Edit. Froben., Stephan. et Menag. cum interpretibus προκελευματικῷ.

Corinthum: quum vero ex more familiares adiissent pallioque obvolutum deprehenderent, non illum dormire arbitrati — erat quippe minime somnolentus — revelato pallio animam efflasse invenerunt suspicatique sunt illum hoc fecisse desiderio migrandi ex vita. Hinc, ut ainnt, inter eos qui eum sepelirent oborta seditio, ut fere ad manus ventum sit. Advenientibus autem patribus atque primatibus ita illorum auctoritate sepultum esse iuxta portam quae in Isthmum fert. Erigentes autem super illius tumulum columnam, canem desuper ex lapide Pario sculpserunt. Postea et ipsius cives aereis illum statuis honorarunt, ita inscribentes:

Aera quidem absumit tempus, sed tempore nunquam
Interitura tua est gloria, Diogenes:
Quandoquidem ad vitam miseris mortalibus aequam
Monstrata est facilis te duce et ampla via.

Est item nostrum epigramma carmine proceleusmatico:

Digitized by Google

Α. Διόγενες, ἄγε λέγε a), τίς ἔλαβέ σε μόρος
εἰς Ἄιδος b); Δ. ἔλαβέ με κυνὸς ἄγριον ὀδάξ.

Ἔνιοι δέ φασι τελευτῶντα αὐτὸν καὶ ἐντείλασθαι ἄταφον ῥῖψαι, ὡς πᾶν θηρίον αὐτοῦ μετάσχοι, ἢ εἰς γε βόθρον συνῶσαι καὶ ὀλίγην κόνιν ἐπαμῆσαι c)· οἱ δέ, εἰς τὸν Ἐλισσὸν ἐμβαλεῖν d), ἵνα τοῖς ἀδελφοῖς χρήσιμος γένηται. Δημήτριος δὲ ἐν τοῖς Ὁμωνύμοις φησὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας Ἀλέξανδρον μὲν ἐν Βαβυλῶνι, Διογένην δ' ἐν Κορίνθῳ τελευτῆσαι. ἦν δὲ γέρων κατὰ τὴν τρίτην καὶ δεκάτην καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα e). Φέρεται δ' αὐτοῦ βιβλία τάδε· Διάλογοι, Κεφαλίων f), XII. 80.

a) *Διόγενες, ἄγε λέγε.* Scribebatur *Δ. ἄγε, λέγε.* Vid. Iacobs Anthol. Gr. VII. 116. ubi Ant. Iac. Paulssen p. 31. scripturae cod. Palat. *ἄγελεγε* nullus dubitat calculum adiicere.

b) *εἰς Ἄιδος.* Scribebatur *εἰς ἄϋδος.* Illud habet Suidas s. v. *Διογένης* correxitque Casaubonus.

c) *ἐπαμῆσαι.* Edit. Froben. *ἐπαμῦσαι.*

d) *οἱ δέ, εἰς τὸν Ἐλισσὸν ἐμβαλεῖν.* Cod. Florent. *εἶλισσον.* Aldobrandinus: *vel ut alii volunt, supra stercus proiici.* Quod Menagius ex Aeliano V. H. VIII. 14. restitui volebat *Ἰλισσόν*, id et illo et nostro loco critici in *Ἑλισσῶνα* mutare voluerunt. Frustra, ut videtur. Requiritur enim vox quae quod Aldobrandinus expressit, complere possit. Quam ego vocem non crediderim Menagio *ἕλειον* esse, sed aliud quid latere censeo satis intusitatum: quod quale sit quaerant beatiores. Aliorum coniecturas, ut Trilleri Observatt. Critt. II. 1. p. 71. sqq., sciens praetereo. Hermannus: „Aeliani narratio vix sinit dubitare quin recte corrigatur *Ἑλισσῶνα.* Sed verba *οἱ δὲ — ἐμβαλεῖν*, aut loco suo mota sunt, aut ab alio adiecta."

e) *κατὰ τὴν τρίτην καὶ δεκάτην καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα.* Meursius Lect. Att. II. 12. coni. *κατὰ τὴν τετάρτην κ. δ. κ. ἑκ. Ὀλ.*. Vid. Idelerus, *Ueber das Todesjahr Alexanders des Grossen*, in Commentatt. Acad. Berol. a. 1820. et 1821. class. hist. et philol. p. 279. sqq.

f) *Διάλογοι, Κεφαλίων.* Edit. Froben., Stephan. et Menag. *Διάλογοι κεφαλαίων*, quod interpretes reddunt *Dialogi capitulorum* et *capitum.* Menagius corr. *Διάλογοι· Κεφαλαίων*, sed alterum ex eo quod infra legitur *Κεφαλίωνα*, mutavi in *Κεφαλίων.*

A. Diogenes, age loquere, quis exitus ad inferos
te abstulit? D. Abstulit me canis morsus ferox.

Aiunt quidam illum, dum moreretur, mandasse insepultum proiici cadaver, ut omnes bestiae partiopes ipsius essent; sive in foveam superiecto modico pulvere iniicerent; alii autem in Elissum se immitti voluisse tradunt, ut esset fratribus utilis. Demetrius autem in Aequivocis sit eadem die Alexandrum Babyloniae Diogenemque Corinthi vita functos esse. Erat autem senex Olympiade centesima decima tertia. Feruntur eius ista volumina: Dialogi, Cephalion, Ich-

Digitized by Google

Ἰχθύας g), Κολοιός, Παρδαλιὴ h), Δῆμος Ἀθηναίων, Πολιτεία, Τέχνη ἠθική, περὶ πλούτου, Ἐρωτικός, Θεόδωρος, Ὑψίας, Ἀρίσταρχος, περὶ θανάτου· Ἐπιστολαί· Τραγῳδίαι ἑπτά, Ἑλένη i), Θυέστης, Ἡρακλῆς, Ἀχιλλεύς, Μήδεια, Χρύσιππος, Οἰδίπους. Σωσικράτης k) δ' ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Διαδοχῆς l) καὶ Σάτυρος ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν βίων σύδεν εἶναι Διογένους φασὶ· τὰ τε τραγῳδάρια φησιν ὁ Σάτυρος Φιλίσκου εἶναι τοῦ Αἰγινήτου, γνωρίμου τοῦ Διογένους. Σωτίων δ' ἐν τῷ ἑβδόμῳ ταῦτα μόνα φησὶ Διογένους εἶναι, περὶ ἀρετῆς, περὶ ἀγαθοῦ, Ἐρωτικόν, Πτωχόν, Τολμαῖον m), Παρδαλιν n), Κάσανδρον o), Κεφαλίωνα· Φιλίσκου p) Ἀρι-
XIII. στάρχου, Σίσυφον, Γανυμήδην, Χρείας, Ἐπιστολάς. Γεγό-
81. νασι δὲ Διογένεις πέντε· πρῶτος Ἀπολλωνιάτης, φυσικός· ἀρχὴ δ' αὐτῷ τοῦ συγγράμματος ἥδε· „Λόγου παντὸς ἀρχόμενον q) δοκεῖ μοι χρεὼν εἶναι τὴν ἀρχὴν ἀναμφισβήτητον παρέχεσθαι.“ δεύτερος Σικυώνιος, ὁ γράψας τὰ περὶ Πελο-

g) Ἰχθύας. Cod. Florent. Ἰχθύες.
h) Παρδαλιὴ. Interpretes *Pardus*.
i) Ἑλένη. Apud Athenaeum XIV, p. 636. A. laudatur Diogenes tragicus ἐν τῇ Σεμέλῃ, ut utra vera sit scriptura dubitet Menagius.
k) Σωσικράτης. Edit. Froben., Stephan. et Menag. Σωκράτης. Correxit Casaubonus.
l) τῆς Διαδοχῆς. Ambrosius *successionum*.
m) Τολμαῖον. Ambrosius *Tholemeum* et *Tholomaeum*.
n) Παρδαλιν. Interpretes *Pardum*.
o) Κάσανδρον. Ambrosius *Cassandrum*.
p) Φιλίσκου. Legebatur Φιλίσκον.
q) ἀρχόμενον. Edit. Froben. ἀρχομένου.

thyas, Graculus, Pardalis, Plebs Atheniensium, Respublica, Ars moralis, de divitiis, Amatorius, Theodorus, Hypsias, Aristarchus, de morte; Epistolae; Tragoediae septem, Helena, Thyestes, Hercules, Achilles, Medea, Chrysippus, Oedipus. Porro Sosicrates in primo Successionis et Satyrus in quarto de vitis nihil eorum esse Diogenis affirmant: tragoediolas autem ait Satyrus Philisci Aeginensis esse, Diogenis discipuli. Sotion autem in septimo haec sola Diogenis esse ait, de virtute, de bono, Amatorium, Mendicum, Tolmaeum, Pardalim, Casandrum, Cephalionem; Philisci Aristarchum, Sisyphum, Ganymedem, Sententias, Epistolas. Fuerunt autem quinque Diogenes: primus Apolloniates, physicus: eius autem scriptorum istud initium fuit, *Quodcunque dicere aggredienti operae pretium esse videtur initium irrefragabile ponere.* secundus Sicyonius, qui Pelo-

Digitized by Google

πόννησον· τρίτος αὐτὸς οὗτος· τέταρτος στωικός, γένος Σελευκεύς, καλούμενος δὲ Βαβυλώνιος διὰ τὴν γειτονίαν r)· πέμπτος Ταρσεύς, γεγραφὼς περὶ ποιητικῶν ζητημάτων s) ἃ λύειν ἐπιχειρεῖ. τὸν δὴ φιλόσοφον Ἀθηνόδωρός φησιν ἐν XIV. ὀγδόῃ Περιπάτων ἀεὶ στίλπνὸν φαίνεσθαι διὰ τὸ ἀλείφεσθαι t).

r) *διὰ τὴν γειτονίαν.* Cod. Florent. omittit.
s) *ζητημάτων.* Codd. Stephani et Palat. cum editt. nonnullis apud Menagium *συγγραμμάτων.*
t) *τὸν δὴ φιλόσοφον — διὰ τὸ ἀλείφεσθαι.* Videntur alieno loco posita Menagio additamentum sapere. Ambrosius: *in quinto deambulationum.* Aldobrandinus: *in octava deambulatione.*

ponnesiaca scripsit; tertius hic ipse; quartus Stoicus ex Seleucia, appellatus autem Babylonius ob vicinitatem; quintus Tarsensis, qui de quaestionibus poeticis scripsit, quas etiam solvere nititur. Hunc vero philosophum Athenodorus in octavo Deambulationum ait, quod ungi solitus esset, lucidum semper esse visum.

Digitized by Google

CAPUT III.

MONIMOS.

I. 82. Μόνιμος Συρακόσιος a) μαθητὴς μὲν Διογένους, οἰκέτης δὲ τινος τραπεζίτου Κορινθίου, καθά φησι Σωσικράτης b). πρὸς τοῦτον συνεχὲς ἀφικνούμενος ὁ Ξενιάδης ὁ τὸν Διογένην ἐωνημένος τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ καὶ τῶν ἔργων καὶ τῶν λόγων διηγούμενος εἰς ἔρωτα τἀνδρὸς ἐνέβαλε τὸν Μόνιμον. αὐτίκα γὰρ ἐκεῖνος μανίαν προσποιηθεὶς τό τε κέρμα διερρίπτει καὶ πᾶν τὸ ἐπὶ τῆς τραπέζης ἀργύριον, ἕως αὐτὸν ὁ δεσπότης παρητήσατο· καὶ ὡς εὐθέως Διογένους ἦν. παρηκολούθησε δὲ καὶ Κράτητι τῷ κυνικῷ συχνὰ καὶ τῶν ὁμοίων εἴχετο c), ὅτε καὶ μᾶλλον ὁρῶν αὐτὸν ὁ δεσπότης ἐδύκει μαίνεσθαι.

a) *Συρακόσιος.* Scribebatur *Συρακούσιος.*
b) *Σωσικράτης.* Edit. Froben., Stephan. et Menag. *Σωκράτης.* Correxit Casaubonus.
c) *καὶ τῶν ὁμοίων εἴχετο.* Ambrosius: *caeterosque id genus studiose consectatus.*

MONIMUS.

Monimus Syracusanus Diogenis quidem discipulus, famulus vero mensarii cuiusdam Corinthii fuit, ut Sosicrates tradit. Ad eum Xeniades qui Diogenem emerat quum frequens commearet virtutemque hominis tum in agendo tum in dicendo dilaudaret, Monimum in ipsius pellexit amorem. Ille enim continuo simulata vesania abiicere monetam omnemque mensae pecuniam coepit, donec a domino repudiatus confestim se ad Diogenem contulit. Adhaesit autem et Crateti Cynicó saepius, eadem studia consectatus: qua ex re factum est ut eum dominus etiam magis insanire putaret. Fuit

Digitized by Google

Ἐγένετο δὲ d) ἀνὴρ εὐλόγιμος, οἷς καὶ Μένανδρον αὐτοῦ τὸν κωμικὸν μεμνῆσθαι. ἔν τινι γοῦν τῶν δραμάτων ἐν τῷ Ἱπποκόμῳ e) εἶπεν οὕτως· II. 88.

Μόνιμός τις ἦν ἄνθρωπος, ὦ Φίλων, σοφὸς f)
ἀδοξότερος g), μίαν δὲ πήραν οὐκ ἔχων h),
πήρας μὲν οὖν τρεῖς· ἀλλ' ἐκεῖνος ῥῆμά τι i)
ἐφθέγξατ' οὐδὲν ἐμφερές, μὰ τὸν Δία,
τῷ γνῶθι σαυτόν, οὐδὲ k) τοῖς βοωμένοις
τούτοις. ὑπερεῖδε ταῦθ' l) ὁ προσαιτῶν καὶ ῥυπῶν·
τὸ γὰρ ὑπολῃφθέν m) τῦφον εἶναι πᾶν ἔφη.

d) Ἐγένετο δέ. Edit. Froben. ἐλέγετο. Menag. δή, quod expressit Aldobrandinus *igitur*.

e) ἐν τῷ Ἱπποκόμῳ. Ambrosius omittit, suspecta Casaubono Menagioque.

f) ὦ Φίλων, σοφός. Edit. Froben. et Menag. cum Aldobrandino φιλόσοφος. Illud praeter Stephanum praeferunt codd. RR, Palat., Florent. et Arund. cum Ambrosio, recepitque Meinekius Menandr. et Philem. Rell. p. 89.

g) ἀδοξότερος. Codd. Stephani ἀδοξότατος. Menagius coni. ἐνδοξότερος, recte improbatum Meinekio l. l.

h) μίαν δὲ πήραν οὐκ ἔχων. Edit. Froben. μικρῷ δέ, ὁ τὴν πήραν ἔχων. Stephan. μικρὰν δὲ πήραν ἦν ἔχων. Menag. μικρῷ δὲ ὁ τὴν πήραν ἔχων. Ambrosius: *modico qui peram gestit*. Aldobrandinus: *parvo autem peram habens*. Cod. Florent. μίαν οὐκ, unde quod Grotius in Excerptis p. 727. coniecerat μίαν δὲ μὴ πήραν ἔχων, Menagius correxit μίαν δ' οὐ τὴν πήραν ἔχων, Bentleius Emendatt. in Menandr. et Philem. p. 35. ed. pr. p. 467. ed. Meinek. μίαν δὲ πήραν οὐκ ἔχων. quod cum Meinekio l. l. restitui.

i) ἀλλ' ἐκεῖνος ῥῆμά τι. Legebatur ἀλλὰ καὶ εἰκόνος ῥήματι. Cod. Palat. ἐν εἰκόνος μέρει. Florent. ῥῆμά τι. Casaubonus coni. πήρας μὲν οὖν τρεῖς. — ἀλλὰ καὶ ἐν Κιθαριστῇ, duo testimonia confusa arbitratus. Emendavit Menagius, quem cum Bentleio et Meinekio ll. ll. secutus sum.

k) οὐδέ. Edit. Froben. οὔ δέ.

l) ὑπερεῖδε ταῦθ'. Legebatur ὑπὲρ δὲ ταῦτα, quod non displicet Menagio. Secutus sum Scaligeri emendationem cum Bentleio et Meinekio ll. ll.

m) ὑπολῃφθέν. Stephan. et Menag. ὑπολειφθέν, quod reddunt interpretes. Illud ex edit. Froben. recepi cum Menagio et Meinekio.

autem vir eloquens ac doctus, adeo ut Menander comicus ipsius mentionem fecerit in quadam comoedia quae Hippocomus inscribitur, sic de eo dicens:

Monimus fuit quidam sapiens vir, o Philo,
contemptior quidem, unam vero peram non ferens,
tres ergo peras: verum ille verbum
loquutus est nullum simile per Iovem
illi, Te ipsum nosce, aut decantatis
his. Neglexit haec mendicus et sordidus:
namque omnem opinionem fastum esse dicebat.

Digitized by Google

οὗτος μὲν ἐμβριθέστατος ἐγένετο, ὥστε δόξης μὲν καταφρο-
III. νεῖν, πρὸς δὲ ἀλήθειαν παρορμᾶν. Γέγραφε δὲ παίγνια σπουδῇ λειηθυίᾳ μεμιγμένα καὶ περὶ ὁρμῶν δύο καὶ Προτρεπτικόν.

Adeo vero gravis et constans fuit, ut contempta gloria solam veritatem appeteret. Scripsit autem ludicra sententiis seriis permixta, de appetitionibus duo et Exhortatorium.

Digitized by Google

CAPUT IV.

ΟΝΗΣΙΚΡΙΤΟΣ.

Ὀνησίκριτος τοῦτον οἱ μὲν Αἰγινήτην, Δημήτριος δὲ ὁ Μάγνης Ἀστυπαλαιέα a) φησί. καὶ οὗτος τῶν ἐλλογίμων Διογένους μαθητῶν. Ἔοικε δέ τι ὅμοιον πεπονθέναι πρὸς Ξενοφῶντα. ἐκεῖνος μὲν γὰρ Κύρῳ συνεστράτευσεν, οὗτος δὲ Ἀλεξάνδρῳ· κἀκεῖνος μὲν Παιδείαν Κύρου, ὁ δὲ πῶς Ἀλέξανδρος ἤχθη γέγραφε b)· καὶ ὁ μὲν ἐγκώμιον Κύρου, ὅδε Ἀλεξάνδρου πεποίηκε. καὶ τῇ ἑρμηνείᾳ δὲ παραπλήσιος, πλὴν ὅτι ὡς ἀπόγραφος ἐξ ἀρχετύπου δευτερεύει. Γέγονε καὶ Μένανδρος Διογένους μαθητής, ὁ ἐπικαλούμενος Δρυμός, Θαυμαστὴς Ὁμήρου, καὶ Ἡγησαῖος Σινωπεὺς ὁ Κλοιὸς ἐπίκλην c), καὶ Φιλίσκος ὁ Αἰγινήτης d), ὡς προειρήκαμεν. I. 84. II. III.

a) Ἀστυπαλαιέα. Scribebatur Ἀστυπαλέα. Correxit Menagius. Vid. Lennepius ad Phalarid. Epistt. p. 128. b.
b) γέγραφε. Edit. Froben. γραφήν.
c) ὁ Κλοιὸς ἐπίκλην. Edit. Froben. et Stephan. ᾧ Κλοιὸς ἐπίκλην. cod. Vindobon. 106. ᾧ Κλοιὸς ἐπικλήν.
d) ὁ Αἰγινήτης. Edit. Froben. et Stephan. cum cod. Vindobon. 106. omittunt articulum.

ONESICRITUS.

Onesicritum quidam Aeginensem tradunt, Demetrius autem Magnesius Astypalaeensem fuisse ait. Et hic inter Diogenis discipulos illustres fuit. Videtur autem quiddam habere simile cum Xenophonte. Ille enim cum Cyro, hic cum Alexandro militavit; ille Cyri Institutionem, hic Alexandri scripsit Educationem; ille Cyri, hic Alexandri prosequitur laudes. Est autem et stilus utriusque simillimus, nisi in quantum quod transscriptum est secundum est ab exemplari. Fuit et Menander Diogenis discipulus, cognomento Drymus, Homeri admirator, et Hegesaeus Sinopeus Cloeus cognominatus, et Philiscus Aeginensis, ut praediximus.

Digitized by Google

CAPUT V.

ΚΡΑΤΗΣ.

I. Κράτης Ἀσκώνδου a) Θηβαῖος. καὶ οὗτος τῶν ἐλλογίμων
85. τοῦ κυνὸς μαθητῶν. Ἱππόβοτος δέ φησιν οὐ Διογένους
αὐτὸν μαθητὴν γεγονέναι, ἀλλὰ Βρύσωνος τοῦ Ἀχαιοῦ.
II. Τούτου παίγνια φέρεται τάδε·

Πήρη τις b) πόλις ἐστὶ μέσῳ ἔνι οἴνοπι πόντῳ c),
καλὴ καὶ πλειρα, περίρρυπος d), οὐδὲν ἔχουσα,
εἰς ἣν οὔτε τις εἰσπλεῖ ἀνὴρ μωρὸς παράσιτος,
οὔτε λίχνος πόρνης ἐπαγαλλόμενος e) πυγῇσιν·
ἀλλὰ θύμον καὶ σκόρδα φέρει καὶ σῦκα καὶ ἄρτους,
ἐξ ὧν οὐ πολεμοῦσι πρὸς ἀλλήλους· περὶ τούτων
οὐχ ὅπλα πέκτηνται, περὶ κέρματος, οὐ περὶ δόξης.

a) Ἀσκώνδου. Stephan. Ἀσκάνδου.
b) Πήρη τις etc. Cf. Homerus Odyss. T. v. 172. et sqq.
c) τύφῳ. Cod. Vindobon. 106. πόντῳ ex Homero.
d) περίρρυπος. Legebatur περιῤῥύτος ex Homero. Emendavit H. Stephanus probantque Casaubonus et Menagius.
e) ἐπαγαλλόμενος. Edit. Froben. ἐπαγγελλόμενος.

CRATES.

Crates Ascondi filius Thebanus. Ipse quoque inter sapientissimos Diogenis discipulos fuit. Caeterum Hippobotus non Diogenis ipsum fuisse discipulum ait, sed Brysonis Achivi. Huius ista feruntur ludicra:

Est quaedam medio constructa urbs Mantica fastu,
Pulcra quidem pinguisque et sordida, rebus egena,
Quam nullus parasitus adit stolidusve penetrat,
Deditus aut quisquam damnosis ganeo scortis:
Allia sed, panes, ficus, profertque lupinos,
Quae rixae cupidis nunquam praetensa fuere;
Armorum nec causae argentum et gloria vana.

Digitized by Google

ἔστι καὶ ἐφημερὶς ἡ θρυλλουμένη οὕτως ἔχουσα· 86.

Τίθει μαγείρῳ μνᾶς δέκ', ἰατρῷ δραχμήν,
κόλακι τάλαντα πέντε f), συμβούλῳ καπνόν g),
πόρνῃ h) τάλαντον, φιλοσόφῳ τριώβολον.

ἐκαλεῖτο δὲ καὶ θυρεπανοίπτης διὰ τὸ εἰς πᾶσαν εἰσιέναι οἰκίαν καὶ νουθετεῖν. ἔστιν αὐτοῦ καὶ τόδε·

Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔμαθον καὶ ἐφρόντισα καὶ μετὰ Μουσῶν
εἶμι· ἐδάην· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια τῦφος ἔμαρψε i).

καὶ ὅτι ἐκ φιλοσοφίας αὐτῷ περιγένοιτο

Θέρμων τε χοῖνιξ καὶ τὸ μηδενὸς μέλειν.

φέρεται δ' αὐτοῦ κἀκεῖνο·

Ἔρωτα παύει λιμός, εἰ δὲ μή, χρόνος·
ἐὰν δὲ τούτοις k) μὴ δύνῃ χρῆσθαι, βρόχος.

Ἤκμαζε δὲ κατὰ τὴν τρίτην καὶ δεκάτην καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα. τοῦτόν φησιν Ἀντισθένης ἐν Διαδοχαῖς θεασάμενον III. 87. IV.

f) *πέντε*. Edit. Froben., Stephan. et Menag. cum Aldobrandino *δέκα*. Illud cum Ambrosio agnoscunt codd. R, Stephanicus, Palat., Florent. et Farnesianus teste Mureto Varr. Lectt. IX. 20. p. 273. ed. Wolf.

g) *καπνόν*. Menagius coni. *χαλκόν*.

h) *πόρνῃ*. Cod. Stephani *πόρνῳ*.

i) *Ταῦτ' ἔχω — τῦφος ἔμαρψε*. Imitatus est Crates epitaphium Sardanapali, de quo vid. Iacobs. Anthol. Gr. VII. 326. ubi cod. Palat. *τάφος*, et Naekius in Choerileis inde a p. 196. usque ad 256., inprimis pp. 212. 213. 235. 236. et 237. Caeterum verba *τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια τῦφος ἔμαρψε* omittit Ambrosius.

k) *ἐὰν δὲ τούτοις*. Edit. Froben. *ἂν δὲ τούτοισι*. Menag. *ἐὰν δὲ τούτοισι*.

Est et ephemeris illa vulgatissima, ita se habens:

Ponito coquo minas decem, medico drachmam,
assentatori talenta quinque, consiliario fumum,
meretrici talentum, philosopho triobolum.

Vocabatur autem et ostiorum apertor, quod in omnem ingrederetur domum et admoneret. Sunt autem et eius hi versus:

Tantum habeo quantum didici quantumque labore
Percepi et studio: rapuit sed caetera fastus.

et quod illi ex philosophiae studio accessisset

Choenix lupini et cura nullius rei.

Fertur eius et illud:

Amorem sedat fames, sin minus, tempus;
eis vero si uti non vales, laqueus.

Floruit circa centesimam et decimam tertiam Olympiadem. Hunc ait Antisthenes in Successionibus, quum in tragoedia

Digitized by Google

ἔν τινι τραγῳδίᾳ Τήλεφον σπυρίδιον ἔχοντα καὶ ἄλλα λυπρὸν l) αἴξαι ἐπὶ τὴν κυνικὴν φιλοσοφίαν· ἐξαργυρισάμενόν τε τὴν οὐσίαν — καὶ γὰρ ἦν τῶν ἐπιφανῶν m) — ἀθροίσαντα πρὸς τὰ ἑκατὸν διακόσια τάλαντα n) τοῖς πολίταις ἀνεῖναι ταῦτα. αὐτὸν δὲ καρτερῶς οὕτω φιλοσοφεῖν ὡς καὶ o) Φιλήμονα τὸν κωμικὸν αὐτοῦ μεμνῆσθαι. φησὶ γοῦν·

Καὶ τοῦ Θέρους μὲν εἶχεν ἱμάτιον δασύ,
ἵν' ἐγκρατὴς ᾖ, τοῦ δὲ χειμῶνος ῥάκος p).

Φησὶ δὲ Διοκλῆς πεῖσαι αὐτὸν Διογένη τὴν οὐσίαν μηλόβοτον ἀνεῖναι καὶ εἴ τι ἀργύριον εἴη, εἰς θάλατταν βαλεῖν. 88. καὶ Κράτητος μέν, φησίν, ὁ οἶκος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, Ἱππαρχίας δὲ ὑπὸ Φιλίππου q). πολλάκις τε τῇ βακτηρίᾳ τῶν συγγενῶν τινας προσιόντας καὶ ἀποτρέποντας ἐδίωκε καὶ ἦν γενναῖος.

l) λυπρόν. Ambrosius *opulentum*, ut λιπαρὸν vel λαμπρὸν legisse videatur.

m) τῶν ἐπιφανῶν. Codd. apud Stephanum τῶν εὐπόρων.

n) πρὸς τὰ ἑκατὸν διακόσια τάλαντα. Ambrosius: *plus quam ducenta talenta.* Aldobrandinus: *talenta fere trecenta.* Perizonius ad Aelian. V. H. III. 6. T. I. p. 207. ed. Abr. Gronov. coni. πρὸς τὰ ἑκατὸν εἴκοσι τάλαντα.

o) αὐτὸν δὲ καρτερῶς οὕτω φιλοσοφεῖν ὡς καί. Cod. Vindobon. 106. αὐτὸς — φφεῖν, ὡς καί.

p) Καὶ τοῦ Θέρους μὲν — τοῦ δὲ χειμῶνος ῥάκος. Vid. Meinekius Menandr. et Philem. Rell. p. 416. Kuehnius coni. ἵνα Κράτης ᾖ.

q) καὶ Κράτητος μέν, φησίν, — ὑπὸ Φιλίππου. Quod iam Aldobrandinus desideraverat verbum, id Casaubonus restituebat scribendo ἦν ὁ οἶκος, Menagius scribendo κατεσκάφθη ὁ οἶκος. At nihil opus verbo. Interpretes: *ab Alexandro — a Philippo.* quod cum Kuehnio correxi.

quadam cerneret Telephum sportulam tenentem aliasque miserabilem, ad Cynicam philosophiam perrexisse: illumque patrimonio vendito — erat quippe vir nobilis — quum congregasset ducenta supra centum talenta, civibus ea divisisse. Adeoque constanter philosophatum esse, ut et Philemon comicus ipsius mentionem fecerit. Ait nempe:

Aestate crassum vestiebat pallium,
Sed hieme pannum, ut temperans evaderet.

Refert autem Diocles persuasisse illi Diogenem ut peculium dimitteret ac si quid pecuniae haberet, iactaret in mare. Atque Cratetis quidem domus sub Alexandro, Hipparchiae vero sub Philippo. Quosdam ex propinquis ad se venientes atque avertere ab instituto molientes saepenumero baculo persequebatur constansque perdurabat.

Digitized by Google

Φησὶ δὲ Δημήτριος ὁ Μάγνης τραπεζίτῃ τινὶ παρακατα- V.
τίθεσθαι τὸ ἀργύριον, συνθέμενον, εἰ μὲν οἱ παῖδες ἰδιῶ-
ται γενηθεῖεν r), αὐτοῖς ἀποδοῦναι· εἰ δὲ φιλόσοφοι, τῷ
δήμῳ διανεῖμαι· μηδενὸς γὰρ ἐκείνους δεήσεσθαι φιλοσο-
φοῦντας. Ἐρατοσθένης δέ φησιν, ἐξ Ἱππαρχίας, περὶ ἧς
λέξομεν, γενομένου παιδὸς αὐτῷ ὄνομα Πασικλέους, ὃς ἐξ
ἐφήβων ἐγένετο, ἀγαγεῖν αὐτὸν ἐπ' οἴκημα παιδίσκης s) καὶ
φάναι τοῦτον αὐτῷ ss) πατρῷον εἶναι τὸν γάμον. τοὺς δὲ τῶν 89.
μοιχευόντων τραγικούς, οὓς φυγὰς καὶ φόνους ἔχειν ἔπαθλον·
τοὺς δὲ τῶν ἑταίραις προσιόντων κωμικούς· καὶ ἐξ ἀσωτίας
γὰρ καὶ μέθης μανίαν ἀπεργάζεσθαι t). τούτου γέγαμε Πα- VI.
σικλῆς ἀδελφὰς, μαθητὴς Εὐκλείδου. χάριεν δ' αὐτοῦ Φα- VII.
βωρῖνος ἐν δευτέρῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων φέρει. φησὶ

r) εἰ μὲν οἱ παῖδες ἰδιῶται γενηθεῖεν. Cod. Vindobon. 106. εἰ ὅτι μὲν οἱ παῖδες ἰδιῶται γενηθεῖεν.

s) ἐπ' οἴκημα παιδίσκης. Ambrosius: *ad ancillae domum.* Aldobrandinus: *in mulieroulae domum.*

ss) αὐτῷ. Cod. Stephani αὐτόν.

t) τοὺς δὲ τῶν μοιχευόντων — ἀπεργάζεσθαι. Edit. Froben. τοὺς τὲ τῶν μοιχευόντων τραγικοὺς φυγὰς καὶ φόνους ἔχειν ἔπαθλον, τούς τε ἑταίραις προσιόντων κωμικούς, καὶ ἐξ ἀσωτίας etc. Stephan. τοὺς τε τ. μ. τραγικούς, φ. κ. φ. ἔχ. ἔπαθλον· τοὺς τε τ. ἑτ. πρ. κωμικούς· καὶ ἐξ ἀσ. etc. Menag. τοὺς δὲ τ. μ. τραγικούς, φ. κ. φ. ἔχ. ἔπαθλον, τούς τε τ. ἑτ. πρ. κωμικούς· καὶ ἐξ ἀσ. etc. Ambrosius: *Caeterum moechorum exilia et caedes tragicorum esse praemium, eos vero qui scortis congrederentur comicorum: quippe ex luxu et ebrietate insaniam gigni.* Aldobrandinus: *Moechos exilia, et caedes tragica, scortato res comica praemia habere aiebat: quippe ex luxuria et ebrietate insaniam existere.* Menagius aliquid desiderabat ad loci integritatem. Id restituit Hermannus, inserendo post τραγικούς pronomine οὓς. Eidem debetur quod scripsi τοὺς δὲ τῶν ἑταίραις προσιόντων pro τούς τε, denique tota loci interpretatio.

Porro Demetrius Magnesius ait deposuisse illum pecuniam apud trapezitam, ea conditione ut, si quidem filii idiotae essent, eam illis redderet; sin autem philosophi, plebi distribueret: nihilo quippe egere philosophos. Eratosthenes autem refert, quum ex Hipparchia, de qua dicemus, natus sibi esset filius Pasicles nomine, eum quum ex ephebis excessisset, adduxisse ad lupanar servae, dixisseque has ei patrias nuptias esse; moechorum vero nuptias esse tragicas, quae praemium haberent fugam et caedes; eorum nuptias autem qui meretrices sectarentur, comicas esse: nam ex luxu et ebrietate creare insaniam. Huius frater Pasicles fuit, Euclidis discipulus. Eius facetum quiddam Phavorinus in secundo Com-

Digitized by Google

γάρ, Παρακαλῶν περί του τὸν γυμνασίαρχον τῶν ἰσχίων αὐτοῦ ἥπτετο· ἀγανακτοῦντος δέ, ἔφη, „Τί γὰρ οὐχὶ καὶ ταῦτα σά ἐστι καθάπερ καὶ τὰ γόνατα;“ ἔλεγέ τε ἀδύνατον εἶναι ἀδιάπτωτον εὑρεῖν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ῥοιᾷ καὶ σαπρόν τινα κόκκον εἶναι. Νικόδρομον u) ἐξερεθίσας τὸν κιθαρῳδὸν ὑπωπιάσθη· προσθεὶς οὖν πιττάκιον τῷ μετώπῳ x) ἐπέγραψε, 90. „Νικόδρομος ἐποίει.“ τὰς πόρνας ἐπίτηδες ἐλοιδόρει, συγγυμνάζων ἑαυτὸν πρὸς τὰς βλασφημίας. Δημήτριον τὸν Φαληρέα πέμψαντα αὐτῷ ἄρτους καὶ οἶνον ὠνείδισεν εἰπών, „Εἴθε γὰρ αἱ κρῆναι καὶ ἄρτους ἔφερον.“ δῆλον οὖν ὡς ὕδωρ ἔπινεν. ὑπὸ τῶν Ἀθήνησιν ἀστυνόμων y) ἐπιτιμηθεὶς ὅτι σινδόνα ἠμφίεστο, ἔφη, „Καὶ Θεόφραστον ὑμῖν δείξω σινδόνα περιβεβλημένον.“ ἀπιστούντων δέ, ἀπήγαγεν ἐπὶ κουρεῖον καὶ ἔδειξε κειρόμενον z). ἐν Θήβαις ὑπὸ τοῦ γυμνασιάρχου μαστιγωθείς — οἱ δέ, ἐν Κορίνθῳ ὑπ' Εὐθυκράτους a) — καὶ ἑλκόμενος τοῦ ποδὸς ἐπέλεγεν ἀφρόντιστῶν,

u) *Νικόδρομον.* Edit. Froben. *νικοδρόμον.*
x) *τῷ μετώπῳ.* Cod. Vindobon. 106. omittit.
y) *ἀστυνόμων.* Ambrosius: *civilis iuris peritis.* Aldobrandinus: *aedilibus.*
z) *ἀπήγαγεν — κειρόμενον.* Ambrosius: *induxit illos in tonstrinam ubi ille tondebatur, ostenditque lino coopertum.*
a) *ὑπ' Εὐθυκράτους.* Cod. Vindobon. 106. omittit.

mentariorum refert. Ait enim, Quum pro quodam intercederet apud gymnasii principem, eius coxas tetigit: illo indignante, Quid enim, ait ille, nonne et ista tua sunt sicut et genua? Dicebatque fieri non posse ut inveniretur qui lapsus non sit, sed veluti in malo Punico granum etiam aliquod putridum esse. Quum Nicodromum citharoedum irritasset, caesus in faciem est: chartulam itaque imponens fronti inscripsit, Nicodromus faciebat. Scorta ex industria insectabatur maledictis, una et se ipsum exercens ad perferenda convicia. Demetrio Phalereo, qui sibi panes ac vinum miserat, exprobrabat, dicens, Utinam et fontes panes ferrent. Constat igitur aquam bibisse. Ab Atheniensibus astynomis arguebatur quod sindone amiciretur: quibus ille, Theophrastum, inquit, ostendam vobis opertum sindone. non credentibus, induxit illos in tonstrinam ipsumque, dum tonderetur, ostendit. Quum Thebis a principe gymnasii flagris caesus esset, sive, ut aliis placet, Corinthi ab Euthyorate, ac pede traheretur, ridebat dicens:

Digitized by Google

Ἕλκε ποδὸς τετραγὼν διὰ βηλοῦ θεσπεσίοιο b).

Διοκλῆς δὲ φησιν ἐλχθῆναι αὐτὸν ὑπὸ Μενεδήμου τοῦ Ἐρε- 91.
τριακοῦ. ἐπειδὴ γὰρ εὐπρεπὴς ἦν καὶ ἐδόκει χρησιμεύειν
Ἀσκληπιάδῃ τῷ Φλιασίῳ, ἁψάμενος αὐτοῦ τῶν μηρῶν ὁ
Κράτης ἔφη, „Ἔνδον Ἀσκληπιάδης·“ ἐφ᾽ ᾧ δυσχεράναντα
τὸν Μενέδημον ἕλκειν αὐτόν, τὸν δὲ τοῦτο ἐπιλέγειν. Ζήνων VIII.
δ᾽ αὖθ᾽ ὁ Κιτιεὺς c) ἐν ταῖς Χρείαις καὶ ποδίον αὐτόν φησί
ποτε προσράψαι τῷ τρίβωνι ἀνεπιστρεπτοῦντα d). ἦν δὲ καὶ
τὴν ὄψιν αἰσχρὸς καὶ γυμναζόμενος ἐγελᾶτο. εἰώθει δὲ λέγειν
ἐπαίρων τὰς χεῖρας, „Θάρρει, Κράτης, ὑπὲρ ὀφθαλμῶν καὶ
τοῦ λοιποῦ σώματος· τούτους δὲ ὄψει τοὺς καταγελῶντας ἤδη IX.
καὶ συνεσπασμένους ὑπὸ νόσου καὶ σε μακαρίζοντας, αὐτοὺς e) 92.
δὲ καταμεμφομένους ἐπὶ τῇ ἀργίᾳ.“ ἔλεγε δὲ μέχρι τούτου
δεῖν φιλοσοφεῖν, μέχρις ἂν δόξωσιν οἱ στρατηγοὶ εἶναι ὀνη-
λάται. ἐρήμους ἔλεγε τοὺς μετὰ κολάκων ὄντας ὥσπερ τοὺς
μόσχους ἐπειδὰν μετὰ λύκων ὦσιν· οὔτε γὰρ ἐκείνοις τοὺς
προσήκοντας f) οὔτε τούτοις συνεῖναι, ἀλλὰ τοὺς ἐπιβου-

b) Ἕλκε — θεσπεσίοιο. Cod. Vindobon. 106. Ἕλκα — ἀπὸ βηλοῦ. Ambrosius: *Me pede divino extendens protrahe velo.* Cf. Homerus Iliad. *A.* v. 591.
c) Κιτιεύς. Scribebatur *Κιττιεὺς.* Aldobrandinus *Citieus.*
d) ἀνεπιστρεπτοῦντα. Legebatur *ἀνεπιτρεπτοῦντα*, quod Aldobrandinus expressit *inversam.* Ambrosius: *ut esset informior.* Kuehnius coni. *ἀνεπιτροπεῦντα.* Correxit Rossius l. l. §. XXXVI. p. 100. sq.
e) αὐτούς. Edit. Froben., Stephan. et Menag. *αὐτοὺς.*
f) τοὺς προσήκοντας. Aldobrandinus *benevolos.*

Protractum pedibus detrusit limine sacro.

Diocles autem pertractum eum a Menedemo Eretriensi testatur. Nam quum esset decorus et Asclepiadi Phliasio usui esse videretur, tetigit Crates illius coxas, dicens, Intus Asclepiades: qua ex re indignatum Menedemum traxisse illum, idque eum dixisse. Zeno vero Citieus in Sententiis refert pellem ovis quoque insuisse pallio prorsus secrum. Erat autem et facie turpis et quum se exerceret ridebatur. Solebat autem sublatis manibus dicere, Confide, Crates, pro oculis et corpore reliquo: hos enim videbis irrisores iamiam et morbo contrahi et beatum te dicere, se autem ignaviae arguere. Dicebat autem tam diu philosophandum esse, quoad videantur duces esse asinarii. Desertos dicebat eos qui cum assentatoribus essent, non secus ac vituli quum inter lupos sunt: neque enim cum illis propinquos neque

Digitized by Google

X. λεύοντας. Συναισθανόμενος ὅτι ἀποθνήσκει, ἐπῆδε πρὸς ἑαυτὸν λέγων,

Στείχεις δή, φίλε κυρτών g),
βαίνεις τ' h) εἰς Ἅιδαο δόμους κυφὸς διὰ γῆρας i).

XI. 93. ἦν γὰρ κυφὸς ὑπὸ χρόνου. πρὸς Ἀλέξανδρον k) πυθόμενον εἰ βούλεται αὐτοῦ τὴν πατρίδα ἀνορθωθῆναι, ἔφη, „Καὶ τί δεῖ; πάλιν γὰρ ἴσως Ἀλέξανδρος ἄλλος αὐτὴν κατασκάψει.“

ἔχειν δὲ πατρίδα δεῖ
ἀδοξίαν πενίαν τ', ἀνάλωτα τῇ τύχῃ l),

καὶ Διογένους

g) κυρτών. Scribebatur κύρτων. Presselius in libello, *Beiträge zu J. G. Schneiders Griechischdeutschem Wörterbuche*, s. v. κύρτων, p. 57. coni. κυρτῶν casu secundo.

h) τ'. Edit. Froben., Stephan. et Menag. omittunt. Inserui cum Casaubono Menagioque.

i) κυφὸς διὰ γῆρας. Edit. Froben. cum cod. Vindobon. 106., Stephan. et Menag. κυφὸς ὤρην διὰ γῆρας. Correxit Casaubonus Menagiusque. Cf. Homerus Odyss. *B.* v. 16.

k) πρὸς Ἀλέξανδρον. „Crediderim legendum πρὸς Κάσανδρον, facili et opportuno librariis lapsu, quia in responso philosophi Ἀλέξανδρος ἄλλος memorabatur. Nam ut Alexander hoc rogaverit Cratetem, vix probabile propter rationem et historiae ipsius et aetatis utriusque.“ Perizonius ad Aelian. V. H. III. 6. T. I. p. 208. ed. Abr. Gronov.

l) ἔχειν δὲ πατρίδα — τῇ τύχῃ. Legebatur ἔχειν δὲ πατρίδα ἀδοξίαν καὶ πενίαν, ἀνάλωτα τῇ τύχῃ. Edit. Froben. cum cod. Vindobon. 106. omittit καί. Casaubonus corr. ἔχειν δὲ πατρίδα | ἀδοξίάν τε καὶ πενίαν, ἀνάλωτα τῇ τύχῃ. Hermannus: „Numeri duobus modis restitui possunt:

— ἔχειν δὲ πατρίδ' ἀδοξίαν
πενίαν τ', ἀνάλωτα τῇ τύχῃ —

vel, quod malim,

— ἔχειν δὲ πατρίδα δεῖ
ἀδοξίαν πενίαν τ', ἀνάλωτα τῇ τύχῃ.“

cum his esse, sed insidiatores. Quum autem sentiret se morti proximum, inspiciebat se ipsum dicens:

Vadis nunc, optime curve,
Vadis ad Orci aedes, longa gibbose senecta.

Erat quippe ex senectute curvatus. Alexandro rogante num vellet restitui ac refici patriam suam, Quid, ait, opus est? rursus enim fortassis Alexander eam alius diruet:

habere autem oportet patriam
contemptum gloriae et paupertatem, fortunae nunquam
cessura bona,

Diogenisque

Digitized by Google

εἶναι πολίτης, ἀνεπιβουλεύτου φθόνῳ m)."
Μέμνηται αὐτοῦ καὶ Μένανδρος ἐν Διδύμαις n) οὕτως·

Συμπεριπατήσεις γὰρ τρίβων' ἔχουσ' ἐμοί,
ὥςπερ Κράτητι τῷ κυνικῷ ποθ' ἡ γυνή.

καὶ θυγατέρα ἐξέδωκε μαθηταῖς αὐτοῦ, ὡς ὁ αὐτὸς ἔφη, XII.
ἐκείνοις

ἐπὶ πείρᾳ δοὺς τριάκονθ' ἡμέρας o).

m) εἶναι πολίτης, ἀνεπιβουλεύτου φθόνῳ. Verum restituit Casaubonus.
n) ἐν Διδύμαις. Legebatur ἐν διδύμοις. Correxi ex Athenaeo IX. p. 373. D. cum Meinekio Menandr. et Philem. Rell. p. 47.
o) καὶ θυγατέρα — τριάκονθ' ἡμέρας. Edit. Froben. et Stephan. καὶ θυγατέρ' ἐξέδωκε κείνοις, ὡς αὐτὸς ἔφη, ἐπὶ πείρᾳ δοὺς τριάκονθ' ἡμέρας. Neque aliter Menag., nisi quod post ἐξέδωκε addit μαθηταῖς αὐτοῦ. quod omittit cod. R, post ἡμέρας addit Arund., Cod. Vindobon. 106. ἐξέδωκ' ἐκείνοις ὡς αὐτὸς ἔφη ἐπὶ πείρα δοὺς τριάκονθ' ἡμέρας· μαθηταὶ αὐτοῦ Μητροκλῆς ἀδελφὸς Ἱππαρχίας. Ambrosius: *et filiam tradebat illis, ut ipse ait, probationi triginta inductis diebus discipuli eius.* Aldobrandinus: *Filiam quoque suis discipulis pervulgavit, datis illis, ut ipse ait, ad experiendum triginta diebus.* Sub κείνοις Casaubono latere videbatur nomen eius cui nupsit Cratetis filia. Tonpius Opuscc. Critt. T. I. p. 199. ed. Lips. coni. κυνὶ Ἑκείνοις et αὐτοῦ correxit Menagius, reliqua Meinekius l. l. p. 46. sq. et 564. Caeterum Ambrosii interpretatio cum codd. Arund. et Vindobon. 106. manifestum facit Metroclis vitam arcte olim cohaesisse cum vita Cratetis, id quod in Hipparchiae quoque vitam cadere ex eodem patet Ambrosio ubi extrema Metroclis vita haec addit: *Incidit autem in illorum retia Metroclis quoque soror Hipparchia.* Accedit quod extrema Hipparchiae vita more prorsus Diogeneo de Cratetis libris eiusque morte legitur scriptum. Sed nolui nunc abuti editoris officio.

civem esse, invidiae insidias non metuentis.
Meminit ipsius et Menander in Geminis dicens:

Mecum ambulabis tecta pallio, velut
Cratete nuper uxor atro cum cane.

Et filiam tradidit discipulis suis, ut idem ait,

probationi triginta datis diebus.

Digitized by Google

CAPUT VI.

ΜΗΤΡΟΚΛΗΣ.

I. 94. Μητροκλῆς ἀδελφὸς Ἱππαρχίας a), ὃς πρότερον ἀκούων Θεοφράστου τοῦ περιπατητικοῦ τοσοῦτον διέφθαρτο b), ὥστε ποτὲ μελετῶν καὶ μεταξύ πως ἀποπαρδὼν ὑπ' ἀθυμίας οἴκοι κατάκλειστος ἦν, ἀποκαρτερεῖν βουλόμενος. μαθὼν δὴ ὁ Κράτης εἰσῆλθε πρὸς αὐτὸν παρακληθεὶς c) καὶ θέρμους ἐπίτηδες βεβρωκὼς ἔπειθε μὲν αὐτὸν καὶ διὰ τῶν λόγων μηδὲν d) φαῦλον πεποιηκέναι· τέρας γὰρ ἂν γεγονέναι εἰ μὴ καὶ τὰ πνεύματα κατὰ φύσιν ἀπεκρίνετο· τέλος δὲ καὶ ἀποπαρδὼν αὐτὸν ἀνέρρωσεν, ἀφ' ὁμοιότητος τῶν ἔργων παραμυθησάμενος. τοὐντεῦθεν ἦκουεν αὐτοῦ καὶ ἐγένετο ἀνὴρ

II. 95. ἱκανὸς ἐν φιλοσοφίᾳ. Οὗτος τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα κατακαών, ὥς φησιν Ἑκάτων ἐν πρώτῳ Χρειῶν, ἐπέλεγε,

a) *Μητροκλῆς ἀδελφὸς Ἱππαρχίας.* Edit. Froben. et Stephan. *Μαθητὴς αὐτοῦ Μητροκλῆς ἀδελφὸς Ἱππαρχίας.* Omittunt *Μαθητὴς αὐτοῦ* Menag., Ambrosius et Aldobrandinus.

b) *διέφθαρτο.* Menagius coni. *ἐδυσωπεῖτο*, non negans vulgatam ferri posse. Merle. Casaubonus *οὐ διέφθαρτο.*

c) *παρακληθείς.* Ambrosius *consolaturus.*

d) *διὰ τῶν λόγων μηδέν.* Codd. Stephan. *διὰ τοῦ λέγειν μηδέν.*

METROCLES.

Metrocles Hipparchiae frater, quum prius audiret Theophrastum Peripateticum, adeo corruptus erat, ut quum saepe inter disserendum crepitum ventris emitteret, prae dolore animi domi inclusus moraretur, inedia finem facere vitae volens. Hoc agnito Crates ingressus est ad eum advocatus ac lupinis ex industria voratis persuasit quidem illi primum verbis, nihil mali fecisse: fore quippe prodigiosum, si non et secundum naturam flatum emitteret: tum vero et ipse in huiusmodi crepitum erumpens illum erexit, ex similitudine rei consolatus. Hinc ipsius auditor fuit evasitque vir in philosophia eminens. Hic libros suos, ut ait Hecaton in primo Sententiarum, combussit, dicens,

Digitized by Google

Ταῦτ' ἔστ' ὀνείρων νεωτέρων φαντάσματα e),
οἷον λῆρος· οἱ δ', ὅτι τὰς Θεοφράστου ἀκροάσεις καταφλέγων ἐπέλεγε,
Ἥφαιστε, πρόμολ' ὧδε, Θέτις νύ τι σεῖο χατίζει f).

Οὗτος ἔλεγε τῶν πραγμάτων τὰ μὲν ἀργυρίου ὠνητὰ εἶναι, III.
οἷον οἰκίαν· τὰ δὲ χρόνου καὶ ἐπιμελείας, ὡς παιδείαν. τὸν πλοῦτον βλαβερόν, εἰ μή τις ἀξίως αὐτῷ χρῷτο. Ἐτελεύτα IV.
δὴ ὑπὸ γήρως ἑαυτὸν πνίξας. Μαθηταὶ δ' αὐτοῦ Θεόμβροτος καὶ Κλεομένης, Θεομβρότου Δημήτριος ὁ Ἀλεξανδρεύς, V.
Κλεομένους Τίμαρχος Ἀλεξανδρεὺς καὶ Ἐχεκλῆς Ἐφέσιος· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἐχεκλῆς Θεομβρότου διήκουσεν, οὗ Μενέδημος, περὶ οὗ λέξομεν. ἐγένετο καὶ Μένιππος Σινωπεὺς ἐν αὐτοῖς ἐπιφανὴς g).

e) *Ταῦτ' ἔστ' ὀνείρων νεωτέρων φαντάσματα.* Edit. Froben. et Menag. *νεωτέρων*, Stephan. *νεοτέρων*, operarum vitio. Verba sunt tragici incerti.

f) *Ἥφαιστε — χατίζει.* Versus est Homeri Iliad. *Σ.* 392.

g) *Μένιππος Σινωπεύς.* „Falso Menippus *Σινωπεὺς* dicitur Laertio: nam fuit Gadareusis, ut mox ad eius vitam [§. 99. p. 266. b. ed. Meib.] ostendemus. Tentabam olim *Γαδαρεύς* pro *Σινωπεύς*. Verum haec lectio a recepta nimium remota est." Menagius.

Haec somniorum sunt imaginacula,

ac si diceret nugas et deliramenta. Sunt qui Theophrasti commentaria, quae ex illius ore perceperat, combussisse ferant ac dixisse,

Mulciber huc propera, tua eget Thetis arte decora.

Res docebat partim emi pecunia, ut domum; partim tempore et diligentia, ut disciplinas liberales. Divitias nocere, nisi quis digne iis utatur. Obiit senex a se ipso suffocatus. Porro discipuli eius fuere Theombrotus atque Cleomenes; Theombroti auditor fuit Demetrius Alexandrinus, Cleomenis autem Timarchus Alexandrinus et Echecles Ephesius, qui et ipse Theombrotum audivit, a quo Menedemus, de quo postea dicemus. Fuit autem inter illos insignis et Menippus Sinopeus.

Digitized by Google

CAPUT VII.

ΙΠΠΑΡΧΙΑ.

I. 96. II. Ἐθηράθη δὲ τοῖς λόγοις καὶ ἡ ἀδελφὴ τοῦ Μητροκλέους Ἱππαρχία. Μαρωνῖται a) δ' ἦσαν ἀμφότεροι. καὶ ἦρα τοῦ Κράτητος καὶ τῶν λόγων καὶ τοῦ βίου, οὐδενὸς τῶν μνηστευομένων ἐπιστρεφομένη, οὐ πλούτου, οὐκ εὐγενείας, οὐ κάλλους· ἀλλὰ πάντα ἦν Κράτης αὐτῇ. καὶ δὴ καὶ ἠπείλει τοῖς γονεῦσιν ἀναιρήσειν αὑτὴν b), εἰ μὴ τούτῳ δοθείη. Κράτης μὲν οὖν παρακαλούμενος ὑπὸ τῶν γονέων αὐτῆς ἀποτρέψαι c) τὴν παῖδα, πάντα ἐποίει· καὶ τέλος μὴ πείθων, ἀναστὰς καὶ ἀποθέμενος τὴν ἑαυτοῦ σκευὴν ἄντικρυς αὐτῆς ἔφη, „Ὁ μὲν νυμφίος οὗτος, ἡ δὲ κτῆσις αὕτη, πρὸς ταῦτα βουλεύου· οὐδὲ γὰρ ἔσεσθαι κοινωνός, εἰ μὴ καὶ τῶν αὐτῶν 97. ἐπιτηδευμάτων γενηθείης.“ εἵλετο ἡ παῖς καὶ ταὐτὸν ἀναλαβοῦσα σχῆμα συμπεριήει τἀνδρὶ καὶ ἐν τῷ φανερῷ συνεγίνετο

a) *Μαρωνῖται.* Cod. Arund. *Μαρωνεῖται.*
b) *ἀναιρήσειν αὑτήν.* Edit. Froben. *ἀνερήσειν.* Eadem cum Steph. *αὐτήν.*
c) *ἀποτρέψαι.* Edit. Froben. et Menag. *ἀποτρέψας.*

HIPPARCHIA.

Capta est illorum disciplina et Metroclis soror Hipparchia. Erant autem Maronitae ambo. Amabat vero Cratetis vitam atque verba, neque ulla omnino procorum excellentia potuit avelli, non opibus, non nobilitate, non pulcritudine; sed haec omnia sibi Crates erat. Quin etiam parentibus minabatur se ipsam, nisi huic traderetur, necaturam. Quum igitur Crates a parentibus puellae rogaretur, uti ab hoc illam proposito averteret, postquam egit omnia nec persuasit, exsurgens omni sua suppellectile ante illius oculos exposita, Hic, ait, sponsus, haec eius possessio est, ad haec delibera: neque enim esse nostri consors poteris, nisi eadem studia attigeris. Elegit continuo puella, sumptoque illius habitu una cum viro circuibat et congrediebatur in aperto

Digitized by Google

καὶ ἐπὶ τὰ δεῖπνα ἀπῄει. ὅτε καὶ πρὸς Λυσίμαχον εἰς τὸ III.
συμπόσιον ἦλθεν d), ἔνθα Θεόδωρον τὸν ἐπίκλην Ἄθεον ἐπή-
λεγξε, σόφισμα προτείνασα τοιοῦτον· Ὃ ποιῶν Θεόδωρος
οὐκ ἂν ἀδικεῖν λέγοιτο, οὐδ' Ἱππαρχία ποιοῦσα τοῦτο ἀδικεῖν
λέγοιτ' ἄν· Θεόδωρος δὲ τύπτων ἑαυτὸν οὐκ ἀδικεῖ, οὐδ' ἄρα
Ἱππαρχία Θεόδωρον τύπτουσα ἀδικεῖ. ὁ δὲ πρὸς μὲν τὸ
λεχθὲν οὐδὲν ἀπήντησεν, ἀνέσυρε δ' αὐτῆς θοιμάτιον· ἀλλ'
οὔτε κατεπλάγη Ἱππαρχία οὔτε διεταράχθη ὡς γυνή. ἀλλὰ 98.
καὶ εἰπόντος αὐτοῦ αὐτῇ,

Τίς τὰς παρ' ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας e);

„Ἐγώ," φησίν, „εἰμί, Θεόδωρε· ἀλλὰ μὴ κακῶς σοι δοκῶ
βεβουλεῦσθαι περὶ αὐτῆς, εἰ τὸν χρόνον ὃν ἔμελλον ἱστοῖς
προσαναλώσειν, τοῦτον εἰς παιδείαν κατεχρησάμην;" καὶ
ταῦτα μὲν καὶ ἄλλα μυρία τῆς φιλοσόφου. Φέρεται δὲ τοῦ IV.

d) ἦλθεν. Ambrosius *venerunt*.

e) ἀλλὰ καὶ εἰπόντος — κερκίδας; Suidas s. v. Θεόδωρος: οὗτος εἶπε πρὸς Ἱππαρχίαν τὴν γυναῖκα Κράτητος· αὕτη ἐστὶν ἡ τὰς πρὸς ἱστοὺς ἐκλιποῦσα κερκίδας καὶ τρίβωνα φοροῦσα. Codd. R et Palat. ἀλλὰ καὶ εἰπόντος αὐτοῦ τινι τὰς παρ' ἱστοῖς etc. Florent. ἀλλὰ καὶ εἰπόντος αὐτοῦ αὐτῇ, αὕτη ἐστὶν ἡ τὰς παρ' ἱστοῖς etc. Stephani τίνι τὰς etc. Arund. τινὶ τὰς etc. Sambuci καὶ εἰπόντος αὐτοῦ αὐτῇ, Τίνη τὰς παρ' ἱστοῖς etc. et αὐτήστιν ἡ τὰς etc., unde Theod. Canterus Varr. Lectt. I. 6. corr. ἀλλὰ καὶ εἰπόντος αὐτοῦ, αὕτη 'στὶν Ἡ τὰς παρ' ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας, qui versus est Euripidis Bacch. 1228. Herm. Eamque lectionem probat Menagius, coniectura occupatam Casaubono. Αὕτη pro αὐτῇ correxit etiam Kuehnius confirmatque Ambrosius: *haec est quae textrini reliquit radios.* Secutus sum interpretando Aldobrandinum.

atque ad coenas proficiscebatur. Quo tempore et ad Lysimachum ad convivium venit, ubi et Theodorum impium coarguit, sophisma huiusmodi obiiciens: Quod faciens Theodorus iniuste agere non diceretur, id Hipparchia si faciat, facere iniuste non dicetur: Theodorus autem se ipsum feriens iniuste non agit, ne Hipparchia quidem Theodorum caedens iniuste agit. Tum ille ad id quidem minime respondit, sed illius pallium traxit: sed neque territa neque perturbata Hipparchia ut mulier est. Verum et dicente sibi illo,

Quaenam est apud telas relinquens radios?

Equidem sum, inquit, Theodore: sed num tibi male de me ipsa statuisse videor, si tempus, quod in textrino consumptura eram, disciplinae potius impendi? Haec et alia innumera de philosophante femina dicuntur. Fertur et

Digitized by Google

Κράτητος f) βιβλίον Ἐπιστολαί, ἐν αἷς ἄριστα φιλοσοφεῖ, τὴν λέξιν ἔστιν ὅτε παραπλήσιος g) Πλάτωνι. γέγραφε καὶ τραγῳδίας ὑψηλότατον ἐχούσας φιλοσοφίας χαρακτῆρα, οἷόν ἐστι κἀκεῖνο·

Οὐχ εἷς πάτρας μοι πύργος, οὐ μία στέγη h),
πάσης δὲ χέρσου καὶ πόλισμα καὶ δόμος
ἕτοιμος ἡμῖν ἐνδιαιτᾶσθαι πάρα.

Ἐτελεύτησε δὲ γηραιὸς i) καὶ ἐτάφη ἐν Βοιωτίᾳ.

f) τοῦ Κράτητος. Menagius coni. πρὸς τὸν Κράτητα, referens cum sequentibus ad Hipparchiam. Sed vide notam ultimam ad vitam Cratetis.
g) παραπλήσιος. Edit. Froben. et Stephan, παραπλησίως.
h) οὐ μία στέγη. Edit. Froben. et cod. Arund. οὐ μία μοι στέγη.
i) γηραιός. Menagius coni. γηραιᾷ, referens ad Hipparchiam.

Cratetis Epistolarum liber, in quibus praeclare philosophatur. Stilus ipse saepe Platoni similis videtur. Scripsit et tragoedias altissimo philosophiae stilo, quale illud est:

Non turris una, nec casa una patriae
Mihi est, sed universae arces terrae et domus
Parata nobis mansio et coenacula.

Obiit vetulus atque in Boeotia sepultus est.

Digitized by Google

CAPUT VIII.

ΜΕΝΙΠΠΟΣ.

Μένιππος, καὶ οὗτος κυνικός, τὸ ἀνέκαθεν ἦν Φοινὶξ, I.
δοῦλος, ὡς φησιν Ἀχαϊκὸς ἐν Ἠθικοῖς. Διοκλῆς δὲ καὶ τὸν 99.
δεσπότην αὐτοῦ Ποντικὸν εἶναι καὶ Βάτωνα καλεῖσθαι. ἀτη-
ρότερον δὲ αἰτῶν a) ὑπὸ φιλαργυρίας ἴσχυσε Θηβαῖος γενέσθαι.
Φέρει μὲν οὖν σπουδαῖον οὐδέν· τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ πολλοῦ II.
καταγέλωτος γέμει καὶ τι ἴσον τοῖς Μελεάγρου τοῦ κατ'
αὐτὸν γενομένου b). φησὶ δ' Ἕρμιππος ἡμεροδανειστὴν αὐτὸν
γεγονέναι καὶ καλεῖσθαι· καὶ γὰρ ναυτικῷ τόκῳ δανείζειν καὶ
ἐξενεχυριάζειν, ὥστε πάμπλειστα χρήματα ἀθροίζειν· τέλος III.
100.

a) *ἀτηρότερον δὲ αἰτῶν.* Edit. Froben. *αὐστηρότερος.* Cod. Arund. *αὐστηρότερον.* Illud praeter Stephan. et Menag. praebent RRR, qui habent *αὐστηρότερον* a manu recentiori suprascriptum. Cf. II. 130. ubi pro eo quod ed. Frob. et Steph. cum cod. R habent *αὐστηρότερον* (Arund. *αὐστηρρότερον*) *ἐνέκειτο*, Menag. praebet *ἀτειρότερον*, Kuehnius coni. *ἀτηρότερον.* *Ἀτειρότερον* et hic et ibi praefert Menagius. Toupius Opusc. Critt. T. I. p. 532. ed. Lips. hic coni. *ἄρτον.*

b) *καὶ τι ἴσον — γενομένου.* Aldobrandinus: *aliqua ex parte Meleagri scriptis similes.*

MENIPPUS.

Menippus, et ipse Cynicus, patria quidem Phoenix, conditione servus fuit, ut ait Achaicus in Ethicis. Diocles autem dominum ipsius Ponticum fuisse Batonemque vocatum tradit. Quum vero prae cupiditate pecuniae importunius peteret, Thebanus fieri valuit. Edidit quidem dignum memoria nihil: at ipsius libri multo risu referti sunt non secus atque Meleagri, qui tempore eius fuit. Refert Hermippus diuturnum foeneratorem fuisse vocatumque Hemerodanisten: namque nautica usura foenerari solitum esse et pignora capere, ut pecunias plurimas cogeret; tandem in-

Digitized by Google

δὲ ἐπιβουλευθέντα πάντων στερηθῆναι καὶ ὑπ' ἀθυμίας βρόχῳ τὸν βίον μεταλλάξαι. καὶ ἡμεῖς ἐπαίξαμεν εἰς αὐτόν·

Φοίνικα τὸ γένος, ἀλλὰ Κρητικὸν κύνα,
ἡμεροδανειστήν — τοῦτο γὰρ ἐπεκλήζετο c) —
οἶσθα Μένιππον ἴσως.
Θήβησιν οὗτος, ὡς διωρύγη ποτὲ
καὶ πάντ' ἀπέβαλεν — ἰδέ, νόει φύσιν κυνός —
αὐτὸν ἀνεκρέμασεν d).

IV. Ἔνιοι δὲ τὰ βιβλία αὐτοῦ οὐκ αὐτοῦ εἶναι, ἀλλὰ Διονυσίου καὶ Ζωπύρου τῶν e) Κολοφωνίων, οἳ τοῦ παίζειν ἕνεκα συγγράφοντες ἐδίδοσαν f) αὐτῷ ὡς εὖ δυναμένῳ διαθέσθαι g).

V. 101. Γεγόνασι δὲ Μένιπποι ἕξ· πρῶτος ὁ γράψας τὰ περὶ Λυδῶν καὶ Ξάνθον ἐπιτεμόμενος, δεύτερος αὐτὸς οὗτος, τρίτος Στρατονικεὺς h) σοφιστής, Κὰρ τὸ ἀνέκαθεν i)· τέταρτος ἀνδριαντοποιός, πέμπτος καὶ ἕκτος ζωγράφοι· μέμνηται δ'

c) ἐπεκλήζετο. Scribebatur ἐπεκλήζετο. Cod. Arund. ἐπεκλίζετο.
d) Φοίνικα — ἀνεκρέμασεν. Legebatur distinguebaturque, Φοίνικα τὸ γένος, ἀλλὰ Κρητικὸν κύνα ἡμεροδανειστήν, (Τοῦτο γὰρ ἐπεκλήζετο) οἶσθα Μένιππον ἴσως, Θήβησιν Οὗτος ὡς διωρύχει ποτέ, καὶ πάντ' ἀπέβαλεν. Εἰ δ' ἐνόει φύσιν κυνός, αὐτὸν ἂν ἐκρέμασεν. Verba metris restituit emendavitque Salmasius de modo usurarum p. 63. sed ut versu penultimo scriberet οὐδ' ἐνόεις φύσιν κυνός. Ea emendavit Hermannus.
e) τῶν. Stephan. κυί.
f) ἐδίδοσαν. Stephan. ἐδίδωσαν.
g) ὡς εὖ δυναμένῳ διαθέσθαι. Ambrosius: *eius (? ei ut) disponere idoneo dederunt.* Aldobrandinus: *ei dederunt, ut homini ad eos disponendos idoneo.*
h) Στρατονικεύς. Stephan. Στρατόνικος. Ambrosius *stratonicus.*
i) Κὰρ τὸ ἀνέκαθεν. Ambrosius omittit.

sidias perpessum omnibus privatum esse ac prae moerore laqueo sibi vitam extorsisse. Nos autem lusimus in eum hoc carmine:

Phoenicem genere, sed Creticum canem,
diuturnum foeneratorem — sic enim vocabatur —
nosti Menippum forsitan.
Thebis is ut perfossis parietibus olim
omnia amisit — ecce naturam canis —
se ipsum suspendit.

Quidam eius libros non ipsius esse, sed Dionysii et Zopyri Colophoniorum tradunt, qui iocandi causa conscribentes velut venditori idoneo dederunt. Fuerunt autem Menippi sex: primus qui de Lydis scripsit Xanthumque breviavit, secundus hic ipse, tertius Stratonicens sophista ex Caria oriundus, quartus sculptor, quintus et sextus pictores:

Digitized by Google

ἀμφοτέρων Ἀπολλόδωρος. Τὰ δ' οὖν τοῦ κυνικοῦ βιβλία VI.
ἔστι δεκατρία, Νεκυία k), Διαθῆκαι, Ἐπιστολαὶ κεκομψευ-
μέναι ἀπὸ τοῦ l) τῶν θεῶν προσώπου, πρὸς τοὺς φυσικοὺς
καὶ μαθηματικοὺς καὶ γραμματικοὺς καὶ γονὰς m) Ἐπικούρου
καὶ τὰς θρησκευομένας ὑπ' αὐτῶν εἰκάδας n), καὶ ἄλλα o).

k) *Νεκυία.* Ambrosius *Neniae*, Aldobrandinus *Necyia.*
l) *τοῦ.* Edit. Froben. omittit.
m) *γονάς.* Aldobrandinus *origo.*
n) *τὰς θρησκευομένας ὑπ' αὐτῶν εἰκάδας.* Ambrosius: *eas quae ab ipsis religiose coluntur imagines.* ut legisse videatur *εἰκόνας.*
o) *ἄλλα.* Edit. Froben. et Stephan. *τἄλλα.* Aldobrandinus *reliqua.*

utrosque memorat Apollodorus. Cynici autem volumina sunt tredecim, Descriptio inferni, Testamenta, Epistolae compositae ex deorum persona, ad physicos et mathematicos grammaticosque et Epicuri foetus et ab ipsis celebratas vigesimas, et alia.

Digitized by Google

CAPUT IX.

ΜΕΝΕΔΗΜΟΣ.

I. II. 102. Μενέδημος Κωλώτου τοῦ Λαμψακηνοῦ μαθητής. οὗτος, καθά φησιν Ἱππόβοτος, εἰς τοσοῦτον τερατείας ἦλασεν ὥςτε Ἐριννύος a) ἀναλαβὼν σχῆμα περιήει, λέγων ἐπίσκοπος b) ἀφῖχθαι ἐξ ᾅδου τῶν ἁμαρτανομένων, ὅπως πάλιν κατιὼν ταῦτα ἀπαγγέλοι τοῖς ἐκεῖ δαίμοσιν. ἦν δὲ αὐτῷ ἡ ἐσθὴς αὕτη· χιτὼν φαιὸς ποδήρης, περὶ αὐτῷ ζώνη φοινικῆ c), πῖλος Ἀρκαδικὸς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχων ἐνυφασμένα τὰ δώδεκα στοιχεῖα d), ἐμβάται τραγικοί, πώγων ὑπερμεγέθης, III. 103. ῥάβδος ἐν τῇ χειρὶ μειλίνη e). Καὶ οὗτοι μὲν οἱ βίοι τῶν κυνικῶν ἑκάστου. προςυπογράψομεν δὲ καὶ τὰ κοινῇ ἀρέσκοντα αὐτοῖς, αἵρεσιν καὶ ταύτην εἶναι ἐγκρίνοντες τὴν

a) Ἐριννύος. Edit. Froben. ἰρινύος.
b) ἐπίσκοπος. Menagius coni. κατάσκοπος.
c) φοινικῆ. Stephan. φοινική.
d) στοιχεῖα. Ambrosius *elementa*, Aldobrandinus *litterae*. Secutus sum Menagium interpretem.
e) μειλίνη. Fortasse scribendum μελίνη.

MENEDEMUS.

niensium rerum; quintus Chrysippi discipulus, qui libros quidem scripsit perpaucos, sed plurimos discipulos reliquit; sextus medicus Herophilius, ad cogitandum idoneus, ad scribendum tardus; septimus grammaticus, cuius inter caetera etiam epigrammata feruntur; octavus Sidonius genere, philosophus Epicureus, sensu et eloquutione clarus atque apertus. Zenonis vero discipuli fuere complures, hi tamen nobiliores: Persaeus Demetrii filius Citieus: hunc alii quidem necessarium, alii vero famulum illius tradunt unumque ex iis qui ad scribendos libros missi sibi ab Antigono fuerant, cuius et filii Halcyonis nutritor fuerit. Eius igitur experimentum quum aliquando capere Antigonus vellet, falso ipsi nuntiari fecit praedia ipsius ab hostibus fuisse direpta: et quum tristior effectus esset, Vides, inquit, divitias non esse indifferentes? Feruntur eius ista volumina: de regno, Laconica respublica, de nuptiis, de impietate,

Digitized by Google

πανικὴ, περὶ γάμου, περὶ ἀσεβείας, Θυέστης, περὶ ἐρώτων, Προτρεπτικοὶ, Διατριβῶν, Χρειῶν δ' l), Ἀπομνημονεύματα,
37. πρὸς τοὺς Πλάτωνος νόμους ζ' m). Ἀρίστων Μιλτιάδους Χῖος n), ὁ τὴν ἀδιαφορίαν εἰσηγησάμενος· Ἥρυλλος Καρχηδόνιος o), ὁ τὴν ἐπιστήμην τέλος εἰπών· Διονύσιος ὁ μετατεθεὶς εἰς τὴν ἡδονήν· διὰ γὰρ σφοδρὰν ὀφθαλμίαν ὤφθη εἶπε λέγειν τὸν πόνον ἀδιάφορον· οὗτος ἦν Ἡρακλεώτης. Σφαῖρος Βοσποριανός· Κλεάνθης Φανίου Ἄσσιος p), ὁ διαδεξάμενος τὴν σχολήν· ὃν καὶ ἀφωμοίου ταῖς σκληροκήροις δέλτοις, αἱ μόλις μὲν γράφονται, διατηροῦσι δὲ τὰ γραφέντα. διήκουσε δ' ὁ Σφαῖρος καὶ Κλεάνθους μετὰ τὴν Ζήνωνος τελευτήν· καὶ λέξομεν περὶ αὐτοῦ ἐν τῷ περὶ Κλεάνθους.
38. ἦσαν δὲ Ζήνωνος μαθηταὶ καὶ οἵδε, καθά φησιν Ἱππόβοτος·

l) *Διατριβῶν, Χρειῶν δ'.* Ambrosius *διατριβῶν χρειῶν IIII.*

m) *Ἀπομνημονεύματα, πρὸς τοὺς Πλάτωνος Νόμους ζ'.* Ambrosius: *Commentaria, in Platonis Leges VII.*

n) *Ἀρίστων Μιλτιάδους Χῖος.* Stephan. et cod. R *Ἀρίστων, Μιλτιάδης Χῖος.* quod expressit Ambrosius. Illud probatum Casaubono Menagioque praeter edit. Froben. et Menag. dant codd. Stephani et Aldobrandinus. Caeterum quod interpretatus sum *Miltiadis praeceptor*, non *filius*, vid. Ioannis Benedicti Carpzovii Paradoxon Stoicum Aristonis Chii, ΟΜΟΙΟΝ ΕΙΝΑΙ ΤΩι ΑΓΑΘΩι ΤΗΟΚΡΙΤΗι ΤΟΝ ΣΟΦΟΝ, apud Diogenem Laertium l. VII. segm. CLX. novis observationibus illustratum, editum Lipsiae a. 1742. 8., sect. II. cap. 2. p. 202. et seq. cum nota (k) p. 218. et seq.. Conf. Diogenes VII. 161.

o) *Ἥρυλλος Καρχηδόνιος.* Edit. Froben. *Ἡρίλλος.* Ambrosius *Caldonius*, ex quo post factum *Chalcedonius.*

p) *Ἄσσιος.* Scribebatur *Ἄσιος.* Correxi cum Casaubono Menagioque.

Thyestes, de amoribus, Exhortatorii, Disputationum, Chriarum quattuor, Commentaria, In Platonis leges septem. Aristo, Miltiadis praeceptor, Chius, qui indifferentiam invexit; Herillus Carthaginiensis, qui finem dixit esse scientiam; Dionysius, qui in voluptatem transtulit: nam ob vehementem lippitudinem piguit iam dolorem dicere indifferentem: fuit autem Heracleotes; Sphaerus Bosphorianus, Cleanthes Phaniae filius Assius, qui illi in scholae successit regimine. Hunc ille cereis durioribus tabulis comparare solebat, quae vix quidem et cum difficultate scribuntur, sed quae inscripta fuerint servant diutius. Porro Sphaerus post Zenonis mortem Cleanthis item auditor fuit, dicemusque de illo quum ad Cleanthem venerimus. Erant autem et isti discipuli Zenonis, ut Hippobotus ait: Athenodorus Solensis, Philoni-

Digitized by Google

Φιλωνίδης Θηβαῖος, Κάλλιππος Κορίνθιος q), Ποσειδώνιος Ἀλεξανδρεύς, Ἀθηνόδωρος Σολεύς r); Ζήνων Σιδώνιος. Κοινῇ δὲ περὶ πάντων τῶν στωικῶν δογμάτων ἔδοξέ μοι ἐν τῷ Ζήνωνος εἰπεῖν βίῳ, διὰ τὸ τοῦτον κτίστην γενέσθαι τῆς αἱρέσεως. ἔστι μὲν οὖν αὐτοῦ καὶ τὰ προγεγραμμένα s) βιβλία πολλά, ἐν οἷς ἐλάλησεν ὡς οὐδεὶς τῶν στωικῶν. τὰ δὲ δόγματα κοινῶς ἐστι τάδε· λελέχθω δ' ἐπὶ κεφαλαίων, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ποιεῖν εἰώθαμεν. τριμερῆ φασιν εἶναι τὸν κατὰ φιλοσοφίαν λόγον· εἶναι γὰρ αὐτοῦ τὸ μέν τι φυσικόν, τὸ δὲ ἠθικόν, τὸ δὲ λογικόν t). οὕτω δὲ πρῶτος διείλε Ζήνων ὁ Κιτιεὺς u) ἐν τῷ περὶ λόγου καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ α' περὶ λόγου καὶ ἐν τῇ α' τῶν φυσικῶν καὶ Ἀπολλόδωρος καὶ Σύλλος x) ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὰ δόγματα εἰσαγωγῶν καὶ Εὔδρομος y) ἐν τῇ ἠθικῇ στοιχειώσει καὶ Διογένης ὁ Βαβυλώνιος καὶ Ποσειδώνιος. ταῦτα δὲ τὰ μέρη ὁ μὲν XXXII. XXXIII. 89.

q) *Κάλλιππος Κορίνθιος.* Ambrosius *Calippus.* Vir doctus apud Menaginm coni. *Καλλιφῶν ὁ Κορίνθιος.*

r) *Ἀθηνόδωρος Σολεύς.* Stephan. et Ambrosius supra ponunt ante Philonidem Thebanum.

s) *προγεγραμμένα.* Edit. Froben. et Menag. *γεγραμμένα*, quod expressit Aldobrandinus. Stephan. et cod. Arund. *προσγεγραμμένα.* Quod recepi dant codd. Stephani expressitque Ambrosius.

t) *λογικόν.* Aldobrandinus *de disserendi ratione.*

u) *ὁ Κιτιεύς.* Scribebatur *ὁ Κιττιεύς.* Aldobrandinus *Citieus.*

x) *καὶ Σύλλος.* Legebatur *ὁ Ἐφίλλος.* Mss. quidam apud Sambucum *ὁ Ἔφηλος.* Ambrosius *ephilus.* Recepi coniecturam Aldobrandini, confirmatam loco Ciceronis de Nat. Deor. I. 34. in., ubi Heindorfio p. 93. b. perspicuum est latere h. l. nomen gentile, sed quale lateat aliis reperiendum relinquit.

y) *Εὔδρομος.* Ambrosius *Eudronius.*

des Thebanus, Callippus Corinthius, Posidonius Alexandrinus, Zeno Sidonius. Communiter vero de dogmatibus Stoicis omnibus in Zenonis vita mihi dicendum putavi, quod is eius sectae auctor fuerit. Sunt quidem eius et quos praediximus libri multi, in quibus ita loquutus est ut Stoicorum nemo. Porro dogmata sive decreta sunt ista communiter: dicemus autem summatim, ut in aliis consuevimus facere. Tripartitam esse dicunt philosophiae rationem: aliam quippe physicen, ethicen aliam, tertiam logicen dici. Sic autem primus divisit Zeno Citieus in libro de oratione Chrysippusque in primo de oratione atque in primo Physicorum; Apollodorus item et Syllus in primo Introductionum ad dogmata, Eudromusque in morali institutione, Diogenesque Babylonius et Posidonius. Has vero partes Apollodorus quidem

Digitized by Google

Ἀπολλόδωρος z) τόπους καλεῖ, ὁ δὲ Χρύσιππος καὶ Εὔδρο-
40. μος a) εἴδη, ἄλλοι γένη. εἰκάζουσι δὲ ζώῳ τὴν φιλοσοφίαν, ὀστοῖς μὲν καὶ νεύροις τὸ λογικὸν b) προσομοιοῦντες, τοῖς δὲ σαρκώδεσι τὸ φυσικόν, τῇ δὲ ψυχῇ τὸ ἠθικόν c)· ἢ πάλιν ὠῷ· τὰ μὲν γὰρ ἐκτὸς εἶναι τὸ λογικόν, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα τὸ ἠθικόν, τὰ δ' ἐσωτάτω τὸ φυσικόν d)· ἢ ἀγρῷ παμφόρῳ· τὸν μὲν περιβεβλημένον φραγμὸν τὸ λογικόν, τὸν δὲ καρπὸν τὸ ἠθικόν, τὴν δὲ γῆν ἢ τὰ δένδρα τὸ φυσικόν· ἢ πόλει καλῶς τετειχισμένῃ καὶ κατὰ λόγον διοικουμένῃ. καὶ οὐθὲν μέρος τοῦ ἑτέρου προκεκρίσθαι e), καθά τινες αὐτῶν φασιν, ἀλλὰ μεμῖχθαι αὐτά. καὶ τὴν παράδοσιν μικτὴν ἐπoίουν f). ἄλλοι δὲ πρῶτον μὲν τὸ λογικὸν τάττουσι, δεύτερον δὲ τὸ φυσικὸν καὶ τρίτον τὸ ἠθικόν· ὧν ἐστι Ζήνων ἐν τῷ περὶ λόγου g) καὶ Χρύσιππος καὶ Ἀρχέδημος h) καὶ Εὔδρομος i)·
41. ὁ γὰρ Πτολεμαεὺς k) Διογένης ἀπὸ τῶν ἠθικῶν ἄρχεται,

z) Ἀπολλόδωρος. Codd. Stephani Ἀπολλώνιος.
a) Εὔδρομος. Ambrosius *Eudronius.*
b) τὸ λογικόν. Aldobrandinus constanter *disserendi rationem.*
c) τοῖς δὲ σαρκώδεσι — τὸ ἠθικόν. Legebatur τοῖς δὲ σαρκώδεσι τὸ ἠθικόν, τῇ δὲ ψυχῇ τὸ φυσικόν. Codd. Stephani σαρκωδεστέροις. Edit. Froben. τὸ ante φυσικὸν omittit. Emendavit Bakius de Posidonio p. 40.
d) ἢ πάλιν ὠῷ· — τὸ φυσικόν. Edit. Froben. omittit.
e) τοῦ ἑτέρου προκεκρίσθαι. Aldobrandinus: *ab alia secretam.*
f) καθά τινες αὐτῶν φασιν, — ἐποίουν. Ambrosius: *sicut quidam eorum mixtas arbitrantur easque confuse ac permixte tradunt.*
g) ἐν τῷ περὶ λόγου. Aldobrandinus: *in libro de oratione.*
h) Ἀρχέδημος. Ambrosius *Archidemus.*
i) Εὔδρομος. Edit. Froben. et Stephan. Εὔδημος. Illud praeter Menag. praebent codd. Stephani et R cum Aldobrandino. Ambrosius *Eudronius.*
k) Πτολεμαεύς. Menag. Πτολεμαιεύς.

locos vocat, Chrysippus vero atque Eudromus species, alii genera. Enimvero philosophiam animanti similem dicunt, ossibus ac nervis logicen, carnibus physicen, animae ethicen assimilantes; sive rursus ovo: esse quippe superficiem logicen, sequentia ethicen, intima et penitus abstrusa physicen; seu agro frugifero: quippe circumiectam sepem logicen, fructum ethicen, humum sive arbores physicen; sive civitati muris optime septae et secundum rationem administratae. Neutram vero partem praeferri alteri, sicut quidam eorum arbitrantur, sed mixtas eas esse. Itaque eas quoque confuse tradiderunt. Alii vero logicen primam, secundam physicen, tertiam ethicen statuunt, ex quibus est Zeno in libro de ratione et Chrysippus et Archedemus et Eudromus: Ptolemaeensis enim Diogenes ab ethicis inchoat,

Digitized by Google

ὁ δ' l) Ἀπολλόδωρος δεύτερα τὰ ἠθικά, Παναίτιος δὲ καὶ Ποσειδώνιος ἀπὸ τῶν φυσικῶν ἄρχονται, καθά φησι Φανίας ὁ Ποσειδωνίου γνώριμος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ποσειδωνείων σχολῶν m). Ὁ δὲ Κλεάνθης ἓξ μέρη φησί, διαλεκτικόν, ῥητορικόν, ἠθικόν, πολιτικόν, φυσικόν, θεολογικόν. ἄλλοι δὲ οὐ τοῦ λόγου n) ταῦτα μέρη φασίν, ἀλλ' αὐτῆς τῆς φιλοσοφίας, ὡς Ζήνων ὁ Ταρσεύς. τὸ δὲ λογικὸν μέρος φασὶν XXXIV. ἔνιοι εἰς δύο διαιρεῖσθαι ἐπιστήμας, εἰς ῥητορικὴν καὶ εἰς διαλεκτικήν· τινὲς δὲ καὶ εἰς τὸ ὁρικὸν εἶδος o), τὸ περὶ κανόνων καὶ κριτηρίων· ἔνιοι δὲ τὸ ὁρικὸν περιαιροῦσι p). τὸ μὲν οὖν περὶ κανόνων καὶ κριτηρίων παραλαμβάνουσι 42. πρὸς τὸ τὴν ἀλήθειαν εὑρεῖν· ἐν αὐτῷ γὰρ τὰς τῶν φαντασιῶν διαφορὰς ἀπευθύνουσι. καὶ τὸ ὁρικὸν δὲ ὁμοίως πρὸς ἐπίγνωσιν q) τῆς ἀληθείας· διὰ γὰρ τῶν ἐννοιῶν τὰ πράγματα λαμβάνεται. τὴν τε ῥητορικὴν ἐπιστήμην οὖσαν

l) δ'. Stephan. *δέ*.

m) *ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ποσειδωνείων σχολῶν*. Ambrosius: *in principio Possidonii* (ita constanter scribit Ambrosius, duplici s) *de scholis inscribit*.

n) *τοῦ λόγου*. Aldobrandinus constanter *orationis*.

o) *εἰς τὸ ὁρικὸν εἶδος*. Codd. Stephani et Palat. hic et paullo post *ὁριστικόν*. Edit. Froben. et Stephan. cum cod. Arund. omittunt *εἶδος*, quod praeter Menag. agnoscunt interpretes et cod. Palat.

p) *περιαιροῦσι*. Stephan. et Menag. *περιδιαιροῦσι*, quod Meibomius mutavit in *παραδιαιροῦσι*, ut esset *rursus dividunt*. Quod recepi praebent edit. Froben. et cod. Arund. expressitque Aldobrandinus *tollunt*.

q) *ἐπίγνωσιν*. Edit. Froben. et codd. Stephani *διάκρισιν*. Illud praeter Stephan. et Menag. agnoscunt interpretes et cod. Palat.

Apollodorus autem ethicen secundo in loco constituit, porro Panaetius et Posidonius a physicis initia sumunt, ut Phanias inquit Posidonii necessarius in primo de scholis Posidonii. Caeterum Cleanthes sex philosophiae partes ait, dialecticam, oratoriam, moralem, civilem, naturalem, theologicam. Alii has partes non rationis, verum philosophiae ipsius tradunt, ut Zeno Tarsensis. At [illegible]icam partem in binas disciplinas dividi quidam autumant, rhetoricam atque dialecticam: quidam vero et in definitivam speciem, quae de regulis est atque iudiciis: alii definitivam ipsam tollunt. Nam de regulis atque iudiciis partem assumunt ad inveniendam veritatem: in ipsa enim phantasiarum differentias dirigunt. Eamdem itidem definitivam ad agnitionem veritatis usurpant: quippe per notiones res accipiunt. Porro rhetoricen artem bene

Digitized by Google

τοῦ εὖ λέγειν περὶ τῶν ἐν διεξόδῳ λόγων r) καὶ τὴν διαλεκτικὴν τοῦ ὀρθῶς διαλέγεσθαι περὶ τῶν ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει λόγων· ὅθεν καὶ οὕτως s) αὐτὴν ὁρίζονται, ἐπιστήμην ἀληθῶν καὶ ψευδῶν καὶ οὐδετέρων. καὶ τὴν μὲν ῥητορικὴν αὐτὴν εἶναι λέγουσι τριμερῆ· τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς εἶναι συμ-
48. βουλευτικόν, τὸ δὲ δικανικόν, τὸ δὲ ἐγκωμιαστικόν. εἶναι δ' αὐτῆς τὴν διαίρεσιν εἴς τε τὴν εὕρεσιν t) καὶ εἰς τὴν φράσιν καὶ εἰς τὴν τάξιν u) καὶ εἰς τὴν ὑπόκρισιν x). τὸν δὲ ῥητορικὸν λόγον εἴς τε τὸ προοίμιον καὶ εἰς τὴν διήγησιν καὶ τὰ
XXXV. πρὸς τοὺς ἀντιδίκους καὶ τὸν ἐπίλογον y). τὴν διαλεκτικὴν διαιρεῖσθαι εἴς τε τὸν z) περὶ τῶν σημαινομένων καὶ τῆς φωνῆς τόπον· καὶ τὸν μὲν τῶν σημαινομένων a), εἴς τε τὸν περὶ τῶν φαντασιῶν τόπον b) καὶ τῶν c) ἐκ τούτων ὑφιστα-

r) *περὶ τῶν ἐν διεξόδῳ λόγων.* Menag. *περὶ τὸν ἐν διεξόδῳ λόγον.* Illud praeter edit. Froben. et Stephan. praebet cod. Arund.. Ambrosius: *circa orationem ad persuadendum idoneam.* Aldobrandinus: *ea quae explicatione orationis continentur.*

s) *οὕτως.* Stephan. *οὕτω.*

t) *εἴς τε τὴν εὕρεσιν.* Edit. Froben. omittit.

u) *καὶ εἰς τὴν τάξιν.* Menag. omittit.

x) *εἰς τὴν ὑπόκρισιν.* H. Stephanus lectionem adnotavit *ἀπόκρισιν.*

y) *εἴς τε τὸ προοίμιον — καὶ τὸν ἐπίλογον.* Edit. Froben. omittit.

z) *τόν.* Edit. Froben. *τῶν.*

a) *καὶ τῆς φωνῆς τόπον· — τῶν σημαινομένων.* Edit. Froben. omittit.

b) *τόπον.* Stephan. et Menag. *τύπον,* quod expressit Ambrosius. Illud praeter edit. Froben. agnoscere videtur Aldobrandinus, commendatum Kuehnio et Meibomio.

c) *τῶν.* Menag. *τόν.* Illud praeter edit. Froben. et Stephan. commendat cod. Arund.. Ambrosius: *et locum quidem eorum qui significantur dividi in figuram eorum quaeque finguntur atque eis subsistunt, et iis enunciationibus atque ex se perfectis et praedicamentis et similibus rectisque atque supinis generibus atque spe-*

dicendi circa orationes quae explicatione continentur; dialecticam vero recte disserendi scientiam circa orationem quae interrogatione et responsione consistit versari dicunt: quocirca ipsam ita definiunt, scientiam veri falsique et neutrius. Ac rhetoricen quidem ipsam tripartitam esse dicunt: aliam quippe deliberativam, aliam iudicialem, tertiam demonstrativam. Dividi autem in inventionem et eloquutionem et dispositionem et actionem. Orationem autem rhetoricam in exordium et narrationem et confutationem et epilogum. Caeterum dialecticam dividi in locum eorum quae significantur et vocis locum; et locum quidem eorum quae significantur dividi in locum eorum quae finguntur atque

Digitized by Google

μένων λεκτῶν ἀξιωμάτων καὶ αὐτοτελῶν καὶ κατηγορημάτων καὶ τῶν ὁμοίων ὀρθῶν καὶ ὑπτίων καὶ γενῶν καὶ εἰδῶν, ὁμοίως δὲ καὶ λόγων καὶ τρόπων d) καὶ συλλογισμῶν καὶ τῶνe) παρὰ τὴν φωνὴν καὶ τὰ πράγματα σοφισμάτων· ὧν 44.
εἶναι ψευδομένους λόγους καὶ ἀληθείοντας καὶ ἀποφάσκοντας σωρείτας τε καὶ τοὺς ὁμοίους τούτοις, ἐλλιπεῖς καὶ ἀπόρους καὶ περαίνοντας καὶ ἐγκεκαλυμμένους κερατίδας f) τε καὶ οὐτιδας καὶ θερίζοντας. εἶναι δὲ τῆς διαλεκτικῆς ἴδιον τόπον καὶ τὸνg) προειρημένον περὶ αὐτῆς τῆς φωνῆς, ἐν ᾧ δείκνυται ἡ ἐγγράμματος φωνὴ καὶ τίνα τὰ τοῦ λόγου μέρηh), καὶ περὶ σολοικισμοῦ καὶ βαρβαρισμοῦ καὶ ποιημάτων καὶ ἀμφιβολιῶν καὶ περὶ ἐμμελοῦς φωνῆς καὶ περὶ μουσικῆς καὶ i) περὶ ὅρων κατά τινας καὶ διαιρέσεων καὶ λέξεωνk). εὐχρη- 45.
στοτάτην δὲ φασιν εἶναι τὴν περὶ τῶν συλλογισμῶν θεωρίαν· τὸ γὰρ ἀποδεικτικὸν ἐμφαίνειν, ὅπερ συμβάλλεσθαι πολὺ πρὸς

ciebus: similiter et ex orationibus, ex modis atque syllogismis, ex eis item quae praeter vocem et res sunt sophismatibus.

d) *καὶ λόγων καὶ τρόπων.* Kuehnius coni. *καὶ λογοτρόπων καὶ τρόπων*, collata p. 182. ed. Menag. s. §. 77.

e) *τῶν.* Edit. Froben. omittit.

f) *κερατίδας.* Menag. *κερατίνας*, quod reddidit Aldobrandinus. Vid. Io. Godofr. Presselii libellum, *Beiträge zu I. G. Schneiders Griechischdeutschem Wörterbuche*, s. v. *κερατίς*, p. 53.

g) *καὶ τόν.* Edit. Froben. *αὐτόν.*

h) *καὶ τίνα τὰ τοῦ λόγου μέρη.* Ambrosius: *et quaedam orationis partes.*

i) *καί.* Edit. Froben. omittit.

k) *καὶ λέξεων.* Menag. cum Aldobrandino omittit.

earum quae eis subsistunt enuntiationum atque ex se perfectarum et praedicamentorum et similium, rectorum atque supinorum generum atque specierum, similiter etiam orationum, modorum atque syllogismorum, eorum item quae praeter vocem et res sunt sophismatum; ut sunt sermones falsi atque veri et negantes soritaeque et his similes, deficientes et ambigui et concludentes et obscuri, cornuti et utides et metentes. Esse autem dialecticae locum proprium quem praediximus de voce ipsa, in quo ostenditur literata vox et quaenam orationis sint partes, ac de soloecismo et barbarismo et poematibus et amphiboliis et de canora voce et de musica et de terminis secundum quosdam divisionibusque et dictionibus. Aiunt autem utilissimam esse syllogismorum intelligentiam ac subtilitatem: quippe demonstrativum ostendere, idque multum ad emendationem dogmatum conferre,

Digitized by Google

διόρθωσιν τῶν δογμάτων, καὶ τάξιν καὶ μνήμην τὸ ἐπιστατικὸν κατάλημμα ἐμφαίνειν. εἶναι δὲ τὸν λόγον αὐτὸν σύστημα ἐκ λημμάτων καὶ ἐπιφορᾶς l)· τὸν δὲ συλλογισμὸν λόγον συλλογιστικὸν ἐκ τούτων· τὴν δὲ ἀπόδειξιν λόγον διὰ τῶν μᾶλλον καταλαμβανομένων τὸ ἧττον καταλαμβανόμενον περὶ πάντων m). τὴν δὲ φαντασίαν εἶναι τύπωσιν ἐν ψυχῇ, τοῦ ὀνόματος οἰκείως μετενηνεγμένου n) ἀπὸ τῶν τύπων ἐν τῷ
46. κηρῷ ὑπὸ τοῦ δακτυλίου γινομένων. τῆς δὲ φαντασίας τὴν μὲν καταληπτικήν, τὴν δὲ ἀκατάληπτον· καταληπτικὴν μέν, ἣν κριτήριον εἶναι τῶν πραγμάτων φασί, τὴν γινομένην ἀπὸ ὑπάρχοντος κατ' αὐτὸ τὸ ὑπάρχον ἐναπεσφραγισμένην o) καὶ

l) εἶναι δὲ τὸν λόγον αὐτὸν σύστημα ἐκ λημμάτων καὶ ἐπιφορᾶς. Legebatur εἶναι δὲ τὸν λόγον αὐτὸν συστημάτων καὶ ἐπιφορᾶς. Ambrosius: *esse autem hanc orationem et ad cogendum et ad concludendum idoneam.* Quod recepi restituit Carolus Beierus Quaest. concert. de formis cogitandi disiunctivis, §. 15. nota, p. 23. e Sexto Empirico Pyrrhon. Hypotypos. II. 12, 185. idemque iam Aldobrandinus expresserat *effici ex sumptionibus.*

m) τὴν δὲ ἀπόδειξιν — περὶ πάντων. Si non plura, certe ultima corrupta sunt, id quod vel interpretes monstrant. Aldobrandinus: *(syllogismum vero orationem esse, quae ex his concludendarum rationum habeat facultatem: argumenti conclusionem, sive, ut alii quidam loquuntur,) demonstrationem rationem esse quae ex magis perceptis ad id quod minus erat perceptum in omni quaestione adducit.* Edit. Froben. pro τὸ ἧττον habet καὶ ἧττον. Casaubonus iudicabat deesse aliquid, vel πιστούμενον vel simile. Unice probo Petri Fabri coniecturam pro περὶ πάντων (περὶ πάντα) coniicientis περαίνοντα, ad quam proxime accedit Kuehnius coniiciens περανάντων sive περαινόντων. Confirmant §§. 44. et 77. Davisius ad Cicer. Acadd. II. 8, 26. coni. παραστάντα, quod Goerenzius ad Ciceronis l. l. p. 54. a. b. eodem iure praetulit Fabri coniecturae quo ipse coniecit καταλαβομένων. Plura coniectavit Trillerus Observatt. critt. III. 17. p. 225. et seqq.

n) μετενηνεγμένου. Stephan. μετηνεγμένου.

o) ἐναπεσφραγισμένην. Edit. Froben. ἐναποσφραγισμένην.

ordinemque et memoriam scientiae comprehensionem indicare. Effici autem ipsam rationem ex sumtionibus et concluso; porro syllogismum orationem ratiocinantem ex his constare; demonstrationem orationem esse per ea quae magis comprehenduntur id quod minus comprehenditur de omnibus colligentem. Phantasiam vero impressam in animo, nomine proprie translato a figuris quae in cera per annulum fiunt. Verum phantasiam aliam esse quae comprehendere possit, aliam quae comprehendi non possit: comprehendere quidem eam quam rerum esse iudicium dicunt, quae sit ab exsistente secundum ipsum exsistens insignita atque

Digitized by Google

ἐναπομεμαγμένην· ἀκατάληπτον δὲ τὴν μὴ ἀπὸ ὑπάρχοντος p), ἢ ἀπὸ ὑπάρχοντος μέν, μὴ κατ' αὐτὸ δὲ τὸ ὑπάρχον, τὴν μὴ τραχὺν ἔχουσαν ἔκτυπον q). αὐτὴν δὲ τὴν διαλεκτικὴν ἀναγκαίαν εἶναι καὶ ἀρετὴν ἐν εἴδει περιέχουσαν ἀρετάς· τήν τε ἀπροπτωσίαν ἐπιστήμην τοῦ πότε δεῖ συγκατατίθεσθαι καὶ μή· τὴν δὲ ἀνεικαιότητα r) ἰσχυρὸν λόγον πρὸς τὸ εἰκός, ὥστε μὴ ἐνδιδόναι αὐτῷ· τὴν δὲ ἀνελεγξίαν ἰσχὺν ἐν λόγῳ, ὥστε μὴ ἀπάγεσθαι ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἀντικείμενον· τὴν δὲ ἀματαιότητα s), ἕξιν ἀναφέρουσαν τὰς φαντασίας ἐπὶ τὸν ὀρθὸν λόγον. αὐτήν τε τὴν ἐπιστήμην φασὶν ἢ κατάληψιν ἀσφαλῆ ἢ ἕξιν ἐν φαντασιῶν προσδέξει ἀμετάπτωτον ὑπὸ λόγου t). 47.

p) τὴν μὴ ἀπὸ ὑπάρχοντος Menag. ἢ τὴν μὴ ἀπὸ ὑπάρχοντος, expressum Aldobrandino.

q) τὴν μὴ τραχὺν ἔχουσαν ἔκτυπον. Edit. Froben. τὴν μήτραν, ἢ μηδὲ ἔκτυπον. Stephan. τὴν μέτραν, ἢ μηδὲ ἔκτυπον. Menag. et interpretes omittunt. Meibom. (μὴ κατ' αὐτὸ δὲ τὸ ὑπάρχον) τὴν μήτραν ἔχουσαν, μηδὲ ἔκτυπον. quod non librorum, sed sua auctoritate dedit Meibomius. Casaubonus deesse aliquid ratus coni. καὶ τὴν μὲν καλοῦσι μήτραν, τὴν δὲ ἔκτυπον. Guil. Theodor. Baumhauerus Observatt. literarr. ad calcem specim. iurid. inaug. de lege VIII. C. si certum petatur., editi Lugduni Bat. a. 1811. 8., p. 7. et seq. correxit (μὴ κατ' αὐτὸ δὲ τὸ ὑπάρχον·) τὴν μὴ τραχὺν ἔχουσαν ἔκτυπον, auctore usus Sexto Empirico adv. Logicos I. 258., ubi comprehensibile visum vocat τραχὺν καὶ πληκτικὴν φαντασίαν. Hanc ego correctionem recepi, non quam omnino veram putarem, sed quae sensum induceret pro nullo probabilem.

r) ἀνεικαιότητα. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 350.

s) ἀματαιότητα. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 350.

t) ἕξιν ἐν φαντασιῶν προσδέξει ἀμετάπτωτον ὑπὸ λόγου. Davisius et Goerenzius ad Cicer. Acadd. II. 8, 23. p. 49. a. coni. ἕξιν ἐκ φαντασιῶν προσδέξει ἀμεταπτώτων ὑπὸ λόγου, collata §. 165.

impressa altius; non comprehendi vero eam quae aut non ab exsistente fiat, aut ab exsistente quidem, non autem secundum ipsum exsistens, eam quae non habeat perspicuam impressionem. Ipsam vero dialecticam esse necessariam virtutemque in specie virtutes continentem; ἀπροπτωσίαν scientiam qua docemur quando consentire oporteat et quando retinere consensum; porro ἀνεικαιότητα validam orationem ad id quod decet, ne impertinenti argumento cedamus; itidem ἀνελεγξίαν quam dicunt vim esse orationis, ne ab ipsa in contrarium abducamur; quam autem appellat ἀματαιότητα, habitum esse adversus futile argumentum phantasias ad rectam rationem referentem. Ipsamque scientiam dicunt aut certam comprehensionem sive habitum in visorum susce-

Digitized by Google

οὐκ ἄνευ δὲ τῆς διαλεκτικῆς θεωρίας τὸν u) σοφὸν ἄπτωτον ἔσεσθαι ἐν λόγῳ· τό τε γὰρ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος διαγινώσκεσθαι ὑπ' αὐτῆς καὶ τὸ πιθανὸν τό τε ἀμφιβόλως λεγόμενον διευκρινεῖσθαι· χωρίς τε αὐτῆς οὐκ εἶναι ὁδῷ ἐρωτᾶν
48. καὶ ἀποκρίνασθαι. διατείνειν δὲ τὴν ἐν ταῖς ἀποφάσεσι προπέτειαν καὶ ἐπὶ τὰ γινόμενα, ὥςτε εἰς ἀκρισίαν καὶ εἰκαιότητα τρέπεσθαι τοὺς ἀγυμνάστους ἔχοντας τὰς φαντασίας. οὐκ ἄλλως τε ὀξὺν x) καὶ ἀγχίνουν καὶ τὸ ὅλον δεινὸν ἐν λόγοις φανήσεσθαι τὸν σοφόν· τοῦ γὰρ αὐτοῦ εἶναι ὀρθῶς διαλέγεσθαι καὶ διαλογίζεσθαι καὶ τοῦ αὐτοῦ πρός τε τὰ προκείμενα διαλεχθῆναι καὶ πρὸς τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνασθαι, ἅπερ ἐμπείρου διαλεκτικῆς ἀνδρὸς εἶναι. ἐν οὖν τοῖς λογικοῖς ταῦτά
XXXVI. τε αὐτοῖς δοκεῖν κεφαλαιωδῶς y)· καὶ ἵνα καὶ κατὰ μέρος εἴποιμεν καὶ τάδε ἅπερ αὐτῶν εἰς τὴν εἰσαγωγικὴν τείνει τέχνην, καὶ αὐτὰ ἐπὶ λέξεως τίθησι Διοκλῆς ὁ Μάγνης ἐν
49. τῇ ἐπιδρομῇ τῶν φιλοσόφων, λέγων οὕτως· „Ἀρέσκει τοῖς στωικοῖς τὸν περὶ φαντασίας καὶ αἰσθήσεως προτάττειν λόγον,

u) τόν. Edit. Froben. τό.
x) οὐκ ἄλλως τε ὀξύν. Edit. Froben. et Stephan. cum cod. Arund. οὐκ ἄλλως τὸ ὀξύ. Illud praeter Menag. agnoscunt interpretes.
y) ἅπερ ἐμπείρου — κεφαλαιωδῶς. Edit. Froben. et Stephan. ἅπερ ἐμπείρου διαλεκτικῆς ἀνδρὸς εἶναι ἐννοῦν τοῖς λογικοῖς. ταῦτά τε αὐτοῖς δοκεῖν κεφαλαιωδῶς.

ptione nihil a ratione deviantem. Caeterum absque dialecticae speculatione sapientem in oratione sine lapsu non futurum: quippe ex illa dignosci verum atque falsum, probabile item et quod ambigue dicatur intelligi: ea remota iam non licere rite interrogare atque respondere. Sed pertingere eam quae in negationibus est temeritatem etiam ad ea quae fiunt, adeo ut in absurditatem ac vanitatem vertantur qui phantasias minime exercitas habent. Neque aliter acutum et ingeniosum cautumque omnino in dicendo et fore et visum iri sapientem: eiusdem enim esse recte loqui recteque cogitare, eiusdemque ad ea quae proponantur disserere et ad ea quae interrogantur respondere, quae sint omnia viri dialecticae periti. Haec igitur in eis quae ratione colliguntur summatim illis visa sunt, atque ut etiam particularia non omittamus, et ista quae secundum illos ad institutionis artem tendunt adiiciamus, quae ipsa ad verbum Diocles Magnesius in Excursione philosophorum ponit, dicens ita: *Placet Stoicis rationem de visione ac sensu praeponere in ordine, quod*

Digitized by Google

καθότι τὸ κριτήριον, ᾧ ἡ ἀλήθεια τῶν πραγμάτων γινώσκεται, κατὰ γένος φαντασία ἐστὶ καὶ καθότι ὁ περὶ συγκαταθέσεως καὶ ὁ περὶ καταλήψεως καὶ νοήσεως λόγος προάγων τῶν ἄλλων οὐκ ἄνευ φαντασίας συνίσταται z)· προηγεῖται γὰρ ἡ φαντασία, εἶθ' ἡ διάνοια ἐκλαλητικὴ a) ὑπάρχουσα ὃ πάσχει ὑπὸ τῆς φαντασίας, τοῦτο ἐκφέρει λόγῳ." διαφέρει 50.
δὲ φαντασία καὶ φάντασμα· φάντασμα μὲν γάρ ἐστι δόκησις διανοίας οἵα γίνεται κατὰ τοὺς ὕπνους, φαντασία δὲ ἐστι τύπωσις ἐν ψυχῇ, τουτέστιν ἀλλοίωσις, ὡς ὁ Χρύσιππος ἐν τῇ δυωδεκάτῃ περὶ ψυχῆς ὑφίσταται. οὐδὲ γὰρ δεκτέον τὴν τύπωσιν οἷονεὶ τύπον σφραγιστῆρος, ἐπεὶ ἀνένδεκτόν ἐστι πολλοὺς τύπους κατὰ τὸ αὐτὸ περὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθαι. νοεῖται δὲ ἡ φαντασία ἡ ἀπὸ ὑπάρχοντος κατὰ τὸ ὑπάρχον ἐναπομεμαγμένη καὶ ἐναποτετυπωμένη καὶ ἐναπεσφραγισμένη, οἵα οὐκ ἂν γένοιτο ἀπὸ μὴ ὑπάρχοντος. τῶν δὲ φαντασιῶν καὶ 51.
αὐτοὺς αἱ μέν εἰσιν αἰσθητικαί, αἱ δ' οὔ· αἰσθητικαὶ μὲν αἱ δι' αἰσθητηρίου ἢ αἰσθητηρίων λαμβανόμεναι, οὐκ αἰσθη-

z) *Ἀρέσκει τοῖς στωικοῖς — συνίσταται.* Stephan. post *γινώσκεται* colon habet, quam rationem sequitur Ambrosius: *Placet Stoicis orationem de intellectu ac sensu praeponere in ordine velut iudicium quoddam quo rerum veritas noscitur. Secundum genus phantasia est et secundum quod — intelligentia praecedens. Caeteta non absque phantasia constat.*

a) *ἐκλαλητική.* Edit. Froben. *ἐκλητική.* Codd. Stephan. *ἐγκαλητική.*

quo rerum veritas cognoscitur, id ipsum iudicium visionis genus est, tum etiam quod oratio de consensione et comprehensione et intelligentia praestans caeteris non absque phantasia constat: ea quippe praecedit, deinde mens, cuius officium sit enuntiare quod a phantasia patitur, hoc ipsum exprimit oratione. Differt autem phantasia a phantasmate. Phantasma enim visum mentis est, cuiusmodi in somniis fit; phantasia vero est formae in animo impressio, hoc est mutatio, sicut Chrysippus in duodecimo de anima arbitratur. Neque enim suscipienda est formatio huiusmodi veluti sigilli forma: nam possibile non est figuras plures eodem in loco simul fieri. Intelligitur autem phantasia ea esse quae ab exsistente secundum exsistens impressa, formata atque insignita est, qualis profecto non fieret a non exsistente. Enimvero phantasiarum secundum illos aliae sensibiles sunt, aliae non: sensibiles quidem quae per sensum sive sensus accipiuntur; non sensibiles autem illae sunt quae

Digitized by Google

τικαὶ δὲ αἱ διὰ τῆς διανοίας καθάπερ τῶν ἀσωμάτων καὶ τῶν ἄλλων τῶν λόγῳ λαμβανομένων. τῶν δὲ αἰσθητικῶν ἀπὸ ὑπαρχόντων μετὰ εἴξεως καὶ συγκαταθέσεως γίνονται. εἰσὶ δὲ τῶν φαντασιῶν καὶ ἐμφάσεις αἱ ὡσανεὶ ἀπὸ ὑπαρχόντων γινόμεναι. ἔτι τῶν φαντασιῶν αἱ μὲν εἰσι λογικαί, αἱ δὲ ἄλογοι b)· λογικαὶ μὲν αἱ τῶν λογικῶν ζώων, ἄλογοι δὲ αἱ τῶν ἀλόγων. αἱ μὲν οὖν λογικαὶ νοήσεις εἰσίν, αἱ δ' ἄλογοι οὐ τετυχήκασιν ὀνόματος· καὶ αἱ μέν εἰσι τεχνικαί, αἱ δὲ ἄτεχνοι· ἄλλως γοῦν θεωρεῖται ὑπὸ τεχνίτου εἰκὼν καὶ
52. ἄλλως ὑπὸ ἀτέχνου. αἴσθησις δὲ λέγεται κατὰ τοὺς στωικοὺς τό τε ἀφ' ἡγεμονικοῦ πνεῦμα καὶ ἐπὶ τὰς αἰσθήσεις διῆκον καὶ ἡ δι' αὐτῶν κατάληψις καὶ ἡ περὶ τὰ αἰσθητήρια κατασκευή, καθ' ἣν τινες πηροὶ c) γίνονται. καὶ ἡ ἐνέργεια δὲ αἴσθησις καλεῖται. ἡ δὲ κατάληψις γίνεται κατ' αὐτοὺς αἰ-

b) *εἰσὶ δὲ τῶν φαντασιῶν — αἱ δὲ ἄλογοι.* Edit. Froben. *εἰσὶ δὲ τῶν φαντασιῶν αἱ μὲν λογικαί. αἱ δὲ ἄλογοι*, omissis quae interposita leguntur. Stephan. princeps et tertia *εἰσὶ δὲ τῶν φαντασιῶν καὶ ἐμφάσεις ἕως ἂν ἀπὸ ὑπαρχόντων γινόμεναι ἔτι. καὶ φαντασιῶν αἱ μὲν εἰσὶ λογικαί, αἱ δὲ ἄλογοι.* altera cum cod. Palat. *ἕως ἂν ὑπαρχόντων.* Menag. *εἰσὶ δὲ τ. φ. καὶ ἐμφάσεις, αἳ ὡς αἱ ἀπὸ ὑπαρχόντων γινόμεναι. ἔτι τ. φ. αἱ μὲν λογικαὶ· αἱ δὲ ἄλογοι.* RRR *αἳ ὡς ἂν ἀπὸ —.* Codd. Stephani *αἱ ὡς ἂν —.* Arund. *αἳ ὡς ἂν —.* idemque infra *αἱ μὲν εἰσὶ λογικαί.* Ambrosius: *sunt autem phantasiarum etiam evidentiae quae ab existentibus rebus quomodolibet fiunt.* Aldobrandinus: *sunt etiam visionum species quae sicut ab his quae sunt effinguntur.* Huetius apud Menagium coni. *αἱ ὡσεὶ ἀπὸ ὑπαρχόντων.* Quod recepi *ὡσανεὶ* debetur Baumhauero Observatt. literarr. p. 10. et seqq..

c) *πηροί.* Edit. Froben. et Stephan. *πονηροί.* Illud praeter Menag. agnoscunt interpretes et cod. Palat..

percipiuntur animo, veluti incorporalium rerum et reliquorum quae ratione tantum accipiuntur. Porro sensibiles ab his quae exsistunt cum cessione et consensione fiunt. Sunt autem phantasiarum etiam species quae ab quasi exsistentibus rebus fiunt. Praeterea phantasiarum aliae sunt rationales, aliae irrationales: rationales quidem rationalium animalium, irrationales irrationalium sunt. Rationales igitur intelligentiae sunt, irrationales nomen hactenus non habent. Et aliae quidem artificiales sunt, aliae autem in artem non cadunt: aliter enim ab artifice spectatur imago, aliter ab artis imperito. At vero sensus secundum Stoicos dicitur spiritus a principali ad sensus pertingens et quae per illos fit comprehensio, sensuumque ipsorum opificium, secundum quod plerique fiunt debiles. Actioque ipsa sensus appellatur. Caeterum comprehensio secundum illos fit sensu quidem, ut

Digitized by Google

σθήσει μὲν λευκῶν καὶ μελάνων καὶ τραχέων καὶ λείων, λόγῳ δὲ τῶν δι' ἀποδείξεως συναγομένων, ὥςπερ τὸ τοὺς θεοὺς εἶναι d) καὶ προνοεῖν τούτους. τῶν γὰρ ε) νοουμένων τὰ μὲν κατὰ περίπτωσιν ἐνοήθη, τὰ δὲ καθ' ὁμοιότητα, τὰ δὲ κατ' ἀναλογίαν, τὰ δὲ κατὰ μετάθεσιν f), τὰ δὲ κατὰ σύνθεσιν, τὰ δὲ κατ' ἐναντίωσιν g). κατὰ περίπτωσιν μὲν οὖν ἐνοήθη 53.
τὰ αἰσθητά, καθ' ὁμοιότητα δὲ τὰ ἀπό τινος παρακειμένου, ὡς Σωκράτης ἀπὸ τῆς εἰκόνος· κατ' ἀναλογίαν δὲ αὐξητικῶς μέν, ὡς h) ὁ Τιτυὸς καὶ Κύκλωψ· μειωτικῶς δέ, ὡς ὁ Πυγμαῖος. καὶ τὸ κέντρον δὲ τῆς γῆς κατ' ἀναλογίαν ἐνοήθη ἀπὸ τῶν μικροτέρων σφαιρῶν. κατὰ μετάθεσιν δέ, οἷον ὀφθαλμοὶ ἐπὶ τοῦ στήθους· κατὰ σύνθεσιν δὲ ἐνοήθη Ἱππο-κένταυρος καὶ κατ' ἐναντίωσιν θάνατος. νοεῖται δὲ καὶ i) κατὰ μετάβασίν τινα, ὡς τὰ λεκτὰ k) καὶ ὁ τόπος. φυσικῶς δὲ νοεῖται δίκαιόν τι καὶ ἀγαθόν· καὶ κατὰ στέρησιν, οἷον

d) *τὸ τοὺς θεοὺς εἶναι.* Edit. Froben. et Menag. *τοὺς θεοὺς εἶναι.* Stephan. *τὸ θεοὺς εἶναι.* Coniunxi utrumque cum Meibomio.
e) *γάρ.* Stephan. *δέ.* Illud praeter edit. Froben. et Menag. agnoscunt interpretes.
f) *τὰ δὲ κατὰ μετάθεσιν.* Edit. Froben. cum cod. Arund. et Ambrosio omittit.
g) *τὰ δὲ κατ' ἐναντίωσιν.* H. Stephanus narrat codices quosdam haec addere, *τὰ δὲ φυσικῶς, τὰ δὲ κατὰ στέρησιν.* „Sed quum nulla," inquit, „horum modorum sicut reliquorum qui praecedunt exempla postea afferantur, visum fuit verba illa praetermittere."
h) *ὡς.* Addidi ex codicibus Stephani.
i) *καί.* Edit. Froben. et Menag. omittunt.
k) *τὰ λεκτά.* H. Stephanus adnotavit lectionem *τὰ λεκτικά.*

albi et nigri, lenis et asperi; ratione vero eorum quae ex demonstratione colliguntur, puta deos esse eosque humanis rebus providere. Nam quae intelliguntur partim per incursionem in sensus, partim per similitudinem, alia per rationem, alia per translationem, alia per compositionem, quaedam per contrarietatem intellecta et animadversa sunt. Per incursionem quidem in sensus sensibilia intellecta sunt, per similitudinem vero quae ab adiacente aliqua re, ut Socrates ex imagine; per rationem autem ex incremento quidem, ut Tityus ac Cyclops; ex detrimento autem, ut Pygmaeus. Sed et centrum terrae ex proportione intellectum est a minoribus orbibus. Per translationem vero, ut in pectore oculi; per compositionem autem, ut Hippocentaurus intelligitur; per adversationem mors. Nonnulla item per transitionem intelliguntur, ut quae dicta sunt et locus. Naturaliter autem iustum quippiam et bonum noscitur; per privationem,

Digitized by Google

ἄχειρ. τοιάδε τινὰ καὶ περὶ φαντασίας καὶ αἰσθήσεως καὶ
XXXVII. νοήσεως δογματίζουσι. κριτήριον δὲ τῆς ἀληθείας φασὶ
54. τυγχάνειν τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν, τουτέστι τὴν ἀπὸ
ὑπάρχοντος, καθά φησι Χρύσιππος ἐν τῇ δυωδεκάτῃ[1]) τῶν
φυσικῶν καὶ Ἀντίπατρος καὶ Ἀπολλόδωρος. ὁ μὲν γὰρ Βόη-
θος κριτήρια πλείονα ἀπολείπει, νοῦν καὶ αἴσθησιν καὶ ὄρεξιν
καὶ ἐπιστήμην· ὁ δὲ Χρύσιππος διαφερόμενος πρὸς αὐτὸν ἐν
τῷ πρώτῳ περὶ λόγου κριτήριά φησιν εἶναι αἴσθησιν καὶ
πρόληψιν. ἔστι δ' ἡ πρόληψις ἔννοια φυσικὴ τῶν καθόλου.
ἄλλοι δέ τινες τῶν ἀρχαιοτέρων στωικῶν τὸν ὀρθὸν λόγον
κριτήριον ἀπολείπουσιν, ὡς ὁ Ποσειδώνιος ἐν τῷ περὶ κρι-
XXXVIII. τηρίου φησί. Τῆς δὲ διαλεκτικῆς θεωρίας συμφώνως δοκεῖ
55. τοῖς πλείστοις ἀπὸ τοῦ περὶ φωνῆς ἐνάρχεσθαι τόπου. ἔστι
δὲ φωνὴ ἀὴρ πεπληγμένος ἢ τὸ ἴδιον αἰσθητὸν ἀκοῆς, ὡς
φησι Διογένης ὁ Βαβυλώνιος ἐν τῇ περὶ φωνῆς τέχνῃ. ζώου
μέν ἐστι φωνὴ ἀὴρ ὑπὸ ὁρμῆς πεπληγμένος, ἀνθρώπου δὲ
ἔστιν ἔναρθρος καὶ ἀπὸ διανοίας ἐκπεμπομένη, ὡς ὁ Διογένης
φησίν, ἥτις ἀπὸ δεκατεσσάρων ἐτῶν τελειοῦται. καὶ σῶμα
δ' ἐστὶν ἡ φωνὴ κατὰ τοὺς στωικούς, ὥς φησιν Ἀρχέδημος

1) δυωδεκάτῃ. Edit. Froben. δυοδεκάτῃ.

ut mancus. Haec sunt quae illi de phantasia et sensu et intelligentia tradunt decreta. Astruunt veritatis esse iudicium comprehensibilem phantasiam, eam videlicet quae ab exsistente proficiscitur, ut Chrysippus in duodecimo Physicorum tradit et Antipater et Apollodorus. Nam Boethus quidem complura iudicia relinquit, mentem, sensum, appetitionem et scientiam. Sed enim Chrysippus ab illo dissentiens in primo de oratione iudicium dicit esse sensum et anticipationem. Est autem anticipatio naturalis intelligentia earum rerum quae universaliter sunt. Alii vero quidam ex antiquioribus Stoicis rectam rationem iudicium tradunt, ut Posidonius ait in libro de iudicio. Verum enim dialecticae speculationis concorditer videtur plurimis initium a vocis loco capiendum. Est autem vox aer ictus sive, ut ait Diogenes Babylonius in arte quam de voce scripsit, sensus est qui proprie auditu percipitur. Animalis quidem vox est aer ex impetu percussus; hominis autem vox est articulata vox et quae ex mente proficiscitur, ut ait Diogenes, quae a quattuordecim aetatis annis consummatur. Sed et corpus est vox secundum Stoicos, ut ait Archedemus in libro de

Digitized by Google

τε ἐν τῇ περὶ φωνῆς m) καὶ Διογένης καὶ Ἀντίπατρος καὶ Χρύσιππος ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν φυσικῶν. πᾶν γὰρ τὸ ποιοῦν 56.
σῶμά ἐστι, ποιεῖ δὲ ἡ φωνὴ προσιοῦσα τοῖς ἀκούουσιν ἀπὸ τῶν φωνούντων. Λέξις δέ ἐστιν n), ὡς φησι Διογένης o), φωνὴ ἐγγράμματος, οἷον Ἡμέρα p). λόγος δέ ἐστι φωνὴ σημαντικὴ ἀπὸ διανοίας ἐκπεμπομένη, οἷον Ἡμέρα ἐστίq). διάλεκτος δέ ἐστι λέξις κεχαραγμένη ἐθνικῶς τε καὶ Ἑλληνικῶς ἢ λέξις ποταπή, τουτέστι ποιὰ κατὰ διάλεκτονr), οἷον κατὰ μὲν τὴν Ἀθίδα Θάλαττα, κατὰ δὲ τὴν Ἰάδα Ἡμέρηs). τῆς δὲ λέξεως στοιχεῖά ἐστι τὰ εἰκοσιτέσσαρα γράμματα. τριχῶς δὲ λέγεται τὸ γράμμα, τό τε στοιχεῖον t) ὅ τε χαρακτὴρ τοῦ στοιχείου καὶ τὸ ὄνομα, οἷον Ἄλφα u)· φωνήεντα δέ 57.
ἐστι τῶν στοιχείων ἑπτά, α, ε, η, ι, ο, υ, ω x)· ἄφωνα δὲ

m) ἤτις ἀπὸ δεκατεσσάρων — ἐν τῇ περὶ φωνῆς. Edit. Froben. ἤ τις σῶμά ἐστι ὡς φησιν ἀρχέδημός τις ἐν τῇ περὶ φωνῆς.
n) Λέξις δέ ἐστι. Edit. Froben. et Stephan. addunt κατὰ τοὺς στωικούς, quod expressit Ambrosius.
o) ὡς φησι Διογένης. Stephan. ὡς φησιν ὁ Διογένης.
p) οἷον Ἡμέρα. Legebatur οἷον Ἡμέρα ἐστί. Emendavit Casaubonus probavitque Menagius.
q) οἷον Ἡμέρα ἐστί. Addidi ex emendatione Casauboni, quam probavit Menagius.
r) ἢ λέξις ποταπή, τουτέστι ποιὰ κατὰ διάλεκτον. Ambrosius omittit.
s) οἷον κατὰ μὲν — Ἡμέρη. Ambrosius: *ut graece ἡμέρα, latine dies.* H. Stephanus narrat in quibusdam addita esse, κατὰ δὲ τὴν λατίνην μάρε, scilicet ab eo qui putaret ἡμέρη Ionibus idem esse quod Atticis Θάλαττα.
t) τό τε στοιχεῖον. Inserui auctoritate interpretum, prius insertum Meibomio. Galesii coniecturam, ὅ τε χαρακτὴρ τοῦ στοιχείου, τό τε στοιχεῖον καὶ τὸ ὄνομα probabat Casaubonus.
u) Ἄλφα. Ante Meibomium scribebatur α΄.
x) α, ε, η, ι, ο, υ, ω. Stephan. et Menag. α΄, ε΄, η΄, ι΄, ο΄, υ΄, ω΄.

voce et Diogenes et Antipater et Chrysippus in secundo Naturalium. Omne enim quod facit aliquid, corpus est, facit autem vox quae a loquentibus ad auditores pertendit. Dictio autem secundum Stoicos, ut Diogenes ait, vox literata est, ut Dies. Oratio autem vox significativa quae ex mente proficiscitur, ut Dies est. Loquutio est dictio expressa secundum gentium Graecorumque varietatem, sive dictio cuias, hoc est, qualis secundum dialectum, quemadmodum Attico more dicitur Θάλαττα, Ionico vero ἡμέρη. Dictionis vero elementa viginti quattuor literae sunt. Dicitur autem litera tripliciter, elementum, figura et nomen, ut alpha; porro septem sunt vocalia elementa, α, ε, η, ι, ο, υ, ω; mutae sex,

Digitized by Google

ξξ, β, γ, δ, κ, π, τ y). διαφέρει δὲ φωνὴ καὶ λέξις, ὅτι φωνὴ μὲν καὶ ὁ ἠχός ἐστι, λέξις δὲ τὸ ἔναρθρον μόνον. λέξις δὲ λόγου διαφέρει, ὅτι λόγος ἀεὶ σημαντικός ἐστι, λέξις δὲ καὶ ἀσήμαντος, οἷς ἡ Βλίτρι, λόγος δὲ οὐδαμῶς z). διαφέρει δὲ καὶ τὸ λέγειν τοῦ προφέρεσθαι· προφέρονται μὲν γὰρ αἱ φωναί, λέγεται δὲ τὰ πράγματα, ἃ δὴ καὶ λεκτὰ
XXXIX. τυγχάνει. τοῦ δὲ λόγου ἔστι μέρη πέντε, ὡς φησι Διογένης τε ἐν τῷ περὶ φωνῆς καὶ Χρύσιππος, ὄνομα, προσηγορία, ῥῆμα, σύνδεσμος, ἄρθρον· ὁ δὲ Ἀντίπατρος καὶ τὴν μεσό-
58. τητα τίθησιν ἐν τοῖς περὶ λέξεως a) καὶ τῶν λεγομένων. ἔστι δὲ προσηγορία μὲν κατὰ τὸν Διογένην μέρος λόγου σημαῖνον κοινὴν ποιότητα, οἷον Ἄνθρωπος, Ἵππος· ὄνομα δέ ἐστι μέρος λόγου δηλοῦν ἰδίαν ποιότητα, οἷον Διογένης, Σωκράτης· ῥῆμα δέ ἐστι μέρος λόγου σημαῖνον ἀσύνθετον κατηγόρημα, οἷς ὁ Διογένης, ἤ, ὡς τινες, στοιχεῖον λόγου ἄπτωτον, σημαῶνόν τι συντακτὸν περί τινος ἢ τινῶν, οἷον Γράφω,

y) β, γ, δ, κ, π, τ. Stephan. et Menag. β, γ, δ, κ, π, τ.

z) ὅτι φωνὴ μὲν καὶ ὁ ἠχός ἐστι, — λόγος δὲ οὐδαμῶς. Edit. Froben. et Menag ὅτι φωνὴ μὲν καὶ ὁ ἠχός ἐστι. λέξις μὲν γὰρ ἔσημος γίνεται ὡς ἡ Βλίτρι· λόγος δὲ οὐδαμῶς. ut omittant quae interposita leguntur, omissa illa etiam ab interpretibus. Caeterum cod. Arund. *Βλίτυρι*, quam scripturam cum alia *Βλήτυρι* affert Casaubonus.

a) περὶ λέξεως. Edit. Froben., Stephan. et Menag. cum Aldobrandino περὶ λέξεων. Illud praebent codd. Stephani et Arund. expressitque Ambrosius.

β, γ, δ, κ, π, τ. Differt autem vox a dictione; nam vox quidem et sonus est, dictio autem articulata sola. Porro dictio ab oratione differt, quod oratio semper significativa est, dictio autem etiam nihil significans, ut βλίτρι; non sic autem oratio. Differunt item dicere ac pronuntiare: nam pronuntiantur voces, dicuntur autem res quae dici possunt. Orationis vero quinque sunt partes, ut ait Diogenes in libro de voce et Chrysippus, nomen, appellatio, verbum, conjunctio, articulus. Antipater medium adiecit in libris de dictione et de his quae dicuntur. Est autem appellatio secundum Diogenem pars orationis significans communem qualitatem, ut homo, equus; nomen vero est pars orationis significans propriam qualitatem, ut Diogenes, Socrates; verbum est pars orationis significans incompositum praedicatum, ut Diogenes, vel, sicut quidam volunt, elementum orationis sine casu, significans aliquid compositum de aliquo vel aliquibus, ut Lego, Scribo; coniunctio autem pars ora-

Digitized by Google

Λέγω· σύνδεσμος δέ ἐστι μέρος λόγου ἄπτωτον, συνδοῦν τὰ μέρη τοῦ λόγου· ἄρθρον δέ ἐστι στοιχεῖον λόγου πτωτικόν, διορίζον τὰ γένη τῶν ὀνομάτων καὶ τοὺς ἀριθμούς, οἷον Ὁ, Ἡ, Τό, Οἱ, Αἱ, Τά b). Ἀρεταὶ δὲ λόγου εἰσὶ πέντε, Ἑλληνισμός, σαφήνεια, συντομία, πρέπον, κατασκευή. Ἑλληνισμὸς μὲν οὖν ἐστι φράσις ἀδιάπτωτος ἐν τῇ τεχνικῇ καὶ μὴ εἰκαίᾳ συνηθείᾳ, σαφήνεια δέ ἐστι λέξις γνωρίμως παριστῶσα c) τὸ νοούμενον, συντομία δέ ἐστι λέξις αὐτὰ τὰ ἀναγκαῖα περιέχουσα πρὸς δήλωσιν τοῦ πράγματος, πρέπον δέ ἐστι λέξις οἰκεία τῷ πράγματι, κατασκευὴ δέ ἐστι λέξις ἐκπεφευγυῖα τὸν ἰδιωτισμόν. ὁ δὲ βαρβαρισμὸς ἐκ τῶν κακιῶν λέξις ἐστὶ παρὰ τὸ ἔθος τῶν εὐδαιμονούντων Ἑλλήνων d), σολοικισμὸς δέ ἐστι λόγος ἀκαταλλήλως συντεταγμένος. ποίημα δέ ἐστιν, ὡς ὁ Ποσειδώνιός φησιν ἐν τῇ περὶ λέξεως εἰσαγωγῇ, λέξις ἔμμετρος ἢ ἔρρυθμος μετὰ σκευῆς τὸ λογοειδὲς ἐκβεβηκυῖα e)· τὸ ἔρρυθμον δὲ εἶναι

XL. 59.

XLI. 60.

b) οἷον Ὁ, Ἡ, Τό, Οἱ, Αἱ, Τά. Edit. Froben. οἷον ὁ, τοῦ, τῷ, οἱ, αἱ, ᾶ. Stephan. οἷον ὁ, τοῦ, τῷ, οἱ, αἱ, τά. Cod. Arund. τοῦ, τό, οἱ, αἱ, ᾶ. Ambrosius: *ut hic homo, hae arbores.*

c) παριστῶσα. Cod. Arund. παρισταῖσα.

d) παρὰ τὸ ἔθος τῶν εὐδαιμονούντων Ἑλλήνων. Edit. Froben. περί. Vossius de vitiis sermonis I. 1. coni. εὐδοκιμούντων, confirmatum Suida s. v. βαρβαρίζει. Sed idem Suidas s. v. σολοικισμὸς agnoscit εὐδαιμονούντων.

e) ἔρρυθμος μετὰ σκευῆς τὸ λογοειδὲς ἐκβεβηκυῖα. Legebatur εὔρυθμος μεταακευῆς τὸ λ. ἐκβεβηκυῖα. Emendavit Menagius ex cod. R. Ἔρρυθμος confirmant codd. Stephani et Arund.. Kuehnius coni. μετασκευῇ vel μετὰ παρασκευῆς. Bakius de Posidonio p. 233. μετὰ σκευῆς.

tionis est sine casu, connectens orationis partes; porro articulus elementum est orationis casuale, distinguens nominum genera et numeros, ut ὁ, ἡ, τό, οἱ, αἱ, τά. Virtutes orationis quinque sunt, Graecitas, evidentia, brevitas, decentia, compositio. Est igitur Graecitas recta secundum artem loquutio, vulgarem consuetudinem penitus repudians; evidéntia est dictio mentis interpres, qua id quod intelligimus aperte loquimur; brevitas est dictio ipsa tantum quae sunt necessaria continens ad significationem rei quam molimur; decentia dictio est cuique rei proprie accommodata; compositio dictio est qua rusticitas dicendo devitatur. Porro ex vitiis barbarismus dictio est praeter consuetudinem felicium Graecorum; soloecismus autem est oratio incongrue constructa. Poema item est, ut ait Posidonius in ea introductione quam de dictione scripsit, dictio numerosa certa mensura constans et cum apparatu prosae orationis speciem

Digitized by Google

τὸ Γαῖα μεγίστη καὶ Διὸς αἰθήρ f). ποίησις δέ ἐστι σημαντικὸν ποίημα, μίμησιν περιέχον θείων καὶ ἀνθρωπείων.

XLII. ὅρος δέ ἐστιν, ὥς φησιν Ἀντίπατρος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὅρων, λόγος κατὰ ἀνάλυσιν ἀπαρτιζόντως ἐκφερόμενος, ἤ, ὡς Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ ὅρων, καὶ ἀπόδοσις g). ὑπογραφὴ δέ ἐστι λόγος τυπωδῶς εἰσάγων εἰς τὰ πράγματα ἢ ὅρος ἁπλούστερον τὴν τοῦ ὅρου δύναμιν προσεννενεγμένος. γένος δέ ἐστι πλειόνων καὶ ἀναφαιρέτων ἐννοημάτων σύλληψις h),

61. οἷον Ζῶον· τοῦτο γὰρ περιείληφε τὰ κατὰ μέρος ζῶα. ἔννόημα δέ ἐστι φάντασμα διανοίας, οὔτε τι ὂν οὔτε ποιόν, ὡςανεὶ δέ τι ὂν καὶ ὡςανεὶ ποιόν, οἷον γίνεται ἀνατύπωμα ἵππου καὶ μὴ παρόντος. εἶδος δέ ἐστι τὸ ὑπὸ γένους περιεχόμενον, ὡς ὑπὸ τοῦ ζώου ὁ ἄνθρωπος περιέχεται. γενικώτατον δέ ἐστιν ὃ γένος ὂν γένος οὐκ ἔχει, οἷον τὸ ὄν i)· εἰδικώτατον δέ ἐστιν ὃ εἶδος ὂν εἶδος οὐκ ἔχει, ὥςπερ ὁ Σω-

f) τὸ ῥυθμὸν δὲ — αἰθήρ. Legebatur τὸ εὔρυθμον. Correxi ex codd. Stephani et Arund.. Ambrosius omissis his verbis interpretatur *ut Maxima tellus et Iovis aether.*

g) ἤ, ὡς Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ ὅρων, καὶ ἀπόδοσις. Edit. Froben. ἢ ἀπόδοσις, omissis vv. ὡς Χρ. ἐν τῷ περὶ ὅρων, quae omittit etiam cod. Arund.. Stephan. ἤ, ὡς ὁ Χρ. ἐν τῷ περὶ ὅρων, καὶ ἡ ἀπόδοσις. Menag. ἤ, ὡς Χρ. ἐν τῷ περὶ ὅρων, ἡ ἀπόδοσις.

h) ἀναφαιρέτων ἐννοημάτων σύλληψις. Menag. ἀναφερέτων. Aldobrandinus: *quae ad unum aliquod referri possunt.* Codd. Stephani σύλληψις εἰς ἐννόημα, unde Stephanus coni. εἰς ἓν νόημα.

i) οἷον τὸ ὄν. Edit. Froben. et Stephan. cum Ambrosio omittunt. Agnoscit Menag. et Aldobrandinus, sed is male iunctum sequentibus.

excedens; numerosum autem esse *Maxima tellus* et *Iovis aether*. Poesis autem significativum est poema, divinarum humanarumque rerum imitationem complectens. Definitio est, ut ait Antipater in primo de definitionibus, oratio per solutionem perficiendo enuntiata, sive, ut Chrysippus ait in libro de definitionibus, assignatio. Descriptio autem est oratio figurate ad res inducens sive definitio definitionis vim simplicius exprimens. Genus est plurium ac manentium notionum, ut quum dico Animal: hoc enim cuncta per species comprehendit animalia. Notio est imaginatio mentis quae neque aliquid est neque quale, sed veluti aliquid est et veluti quale, ut quum cogitatur equus etiam non praesens. Species est quae sub genere continetur, sicuti sub animalis nomine continetur homo. Est autem maxime generale, quod quum sit genus, genus non habet, ut id quod est; maxime autem speciale est, quod quum sit species,

Digitized by Google

κράτης. διαίρεσις δέ ἐστι γένους ἡ εἰς τὰ προσεχῆ εἴδη XLIII.
τομή, οἷον Τῶν ζώων τὰ μέν ἐστι λογικά, τὰ δὲ ἄλογα. ἀντιδιαίρεσις δέ ἐστι γένους εἰς εἶδος τομὴ κατὰ τοὐναντίον, ὡς ἂν κατὰ ἀπόφασιν, οἷον Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἀγαθά, τὰ δ' οὐκ ἀγαθά. ὑποδιαίρεσις δέ ἐστι διαίρεσις ἐπὶ διαιρέσει, οἷον Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἀγαθά, τὰ δ' οὐκ ἀγαθά, καὶ Τῶν οὐκ ἀγαθῶν τὰ μέν ἐστι κακά, τὰ δὲ ἀδιάφορα. μερισμὸς δέ ἐστι γένους εἰς τόπους κατάταξις, ὡς ὁ Κρί- 62.
νις k)· οἷον Τῶν ἀγαθῶν τὰ μέν ἐστι περὶ ψυχήν, τὰ δὲ περὶ σῶμα. ἀμφιβολία l) δέ ἐστι λέξις δύο ἢ καὶ πλείονα XLIV.
πράγματα σημαίνουσα λεκτικῶς καὶ κυρίως καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ἔθος m), ὥςθ' ἅμα τὰ πλείονα ἐκδέξασθαι n) κατὰ ταύτην τὴν λέξιν, οἷον Αὐλητρὶς πέπτωκε· δηλοῦνται γὰρ δι' αὐτῆς τὸ μέν τοιοῦτον, Οἰκία τρὶς πέπτωκε, τὸ δὲ τοιοῦτον, Αὐλήτρια πέπτωκε o). διαλεκτικὴ δέ ἐστιν, ὥς φησι Ποσει- XLV.
δώνιος, ἐπιστήμη ἀληθῶν καὶ ψευδῶν καὶ οὐδετέρων· τυγχάνει θ' αὐτή, ὡς ὁ Χρύσιππός φησι, περὶ σημαίνοντα καὶ

k) ὁ *Κρίνις*. Stephan. ὁ *Κρίνης*.
l) *ἀμφιβολία*. Ambrosius *amphibologia*.
m) *ἔθος*, Menag. *ἔθνος*, quod expressit Aldobrandinus. Cod. Arund. *ἦθος*.
n) *ἐκδέξασθαι*. Legebatur *ἐκλέξασθαι*. Correxi e Suida s. v. *ἀμφιβολία* cum Casaubono et Menagio.
o) *Αὐλήτρια πέπτωκε*. Ambrosius addit: *incertum enim est de muliere an de domo dicamus.*

non habet speciem, sicuti Socrates. Est autem generis divisio scissio in continentes species, ut Animalium sunt alia rationalia, alia irrationalia. Contraria divisio est generis in speciem scissio per contrarium, velut per negationem, ut Exsistentium quaedam sunt bona, quaedam vero non bona. Subdivisio est divisio sub divisione, ut illud, Exsistentium alia sunt bona, alia non bona; eorum autem quae bona non sunt, alia mala sunt, alia indifferentia. Partitio autem est generis in locos ordinatio, ut Crinis ait, quemadmodum Bonorum alia quidem circa animum, alia circa corpus sunt. Amphibolia dictio est duas aut plures res significans per orationem ac proprie et secundum eandem consuetudinem, ut plura simul in eadem dictione possint colligi, veluti quum dicimus, Fidicina cecidit: significatur enim eadem voce nunc aliquid tale, Aula ter cecidit, et nunc tale, Tibicina cecidit. Dialectica est, ut ait Posidonius, verorum, falsorum neutrorumque scientia. Versatur autem ipsa, ut Chrysippus ait,

Digitized by Google

σημαινόμενα. ἐν μὲν οὖν τῇ περὶ φωνῆς θεωρίᾳ τοιαῦτα
XLVI. λέγεται τοῖς στωικοῖς. Ἐν δὲ τῷ περὶ τῶν πραγμάτων καὶ
63. τῶν σημαινομένων τόπῳ τέτακται ὁ περὶ λεκτῶν καὶ αὐτοτελῶν καὶ ἀξιωμάτων καὶ συλλογισμῶν λόγος καὶ ὁ περὶ ἐλλιπῶν τε καὶ κατηγορημάτων καὶ ὀρθῶν καὶ p) ὑπτίων.
XLVII. φασὶ δὲ τὸ λεκτὸν εἶναι τὸ κατὰ φαντασίαν λογικὴν ὑφιστάμενον. τῶν δὲ λεκτῶν τὰ μὲν λέγουσιν εἶναι αὐτοτελῆ οἱ στωικοὶ q), τὰ δ' ἐλλιπῆ. ἐλλιπῆ μὲν οὖν ἐστι τὰ ἀναπάρτιστον ἔχοντα τὴν ἐκφοράν, οἷον Γράφει· ἐπιζητοῦμεν γάρ, Τίς; αὐτοτελῆ δ' ἐστὶ τὰ ἀπηρτισμένην ἔχοντα τὴν ἐκφοράν, οἷον Γράφει r) Σωκράτης. ἐν μὲν οὖν τοῖς ἐλλιπέσι λεκτοῖς τέτακται τὰ κατηγορήματα, ἐν δὲ τοῖς αὐτοτελέσι τὰ ἀξιώματα καὶ οἱ συλλογισμοὶ καὶ τὰ ἐρωτήματα καὶ τὰ πύσματα.
64. ἔστι δὲ τὸ κατηγόρημα τὸ κατά τινος ἀγορευόμενον ἢ πρᾶγμα συντακτὸν περί τινος ἢ τινῶν, ὡς οἱ περὶ Ἀπολλόδωρόν φασιν, ἢ λεκτὸν ἐλλιπὲς συντακτὸν ὀρθῇ πτώσει πρὸς ἀξιώματος γένεσιν. τῶν δὲ κατηγορημάτων τὰ μέν ἐστι συμβάματα, * οἷον τὸ διὰ πέτρας πλεῖν s). καὶ τὰ μέν ἐστι τῶν

p) *καί.* Edit. Froben. omittit.
q) *οἱ στωικοί.* Ambrosius omittit.
r) *ἐπιζητοῦμεν γάρ, — οἷον Γράφει.* Edit. Froben. omittit.
s) *τῶν δὲ κατηγορημάτων — πλεῖν.* Indicavi lacunam, quam Aldobrandinus ita supplevit: *τῶν δὲ κατηγορημάτων τὰ μέν ἐστι συμ-*

circa significantia et significata. Haec igitur atque huiusmodi Stoici de speculatione vocis disserunt. Porro in loco qui de rebus significatis est, collocatur oratio de his quae dici possunt, de perfectis, enuntiatis ac syllogismis itemque de deficientibus et praedicamentis rectisque ac supinis. Aiunt autem illud dici posse quod secundum rationalem subsistat imaginationem. Eorum vero alia dicunt esse perfecta Stoici, alia imperfecta. Ac deficientia quidem sunt, quae imperfectam habent enuntiationem, ut quum dicimus, Scribit: quaeritur enim, Quis? Perfecta vero sunt, quae plenam habent enuntiationem, veluti quum dicimus, Socrates scribit. Itaque deficientibus quidem praedicamenta, perfectis vero enuntiata, syllogismi, interrogationes, responsiones applicantur. Est autem praedicatum quod de aliquo enuntiatur aut res de aliquo aliquibusve composita, ut Apollodorus ait, sive effatum deficiens constructum recto casu ad enuntiati generationem. Praedicatorum autem alia quidem sunt accidentia, * ut navigare per scopulos. Atque alia

Digitized by Google

κατηγορημάτων ὀρθά, ἃ δ' ὕπτια, ἃ δ' οὐδέτερα. ὀρθὰ μὲν οὖν ἐστι τὰ συντασσόμενα μιᾷ τῶν πλαγίων πτώσεων πρὸς κατηγορήματος γένεσιν, οἷον Ἀκούει, Ὁρᾷ, Διαλέγεται· ὕπτια δέ ἐστι τὰ συντασσόμενα τῷ παθητικῷ μορίῳ, οἷον Ἀκούομαι, Ὁρῶμαι· οὐδέτερα δ' ἐστὶ τὰ μηδετέρως ἔχοντα t), οἷον Φρονεῖν, Περιπατεῖν. ἀντιπεπονθότα δέ ἐστιν ἐν τοῖς ὑπτίοις u), ἀνύπτια ὄντα. ἐνεργήματα δέ ἐστιν, 65.
οἷον Κείρεται· ἐμπεριέχει γὰρ ἑαυτὸν x) ὁ κειρόμενος. πλάγιαι XLVIII.
δὲ πτώσεις εἰσὶ γενικὴ καὶ δοτικὴ καὶ αἰτιατικὴ y). ἀξίω-
μα δέ ἐστιν ὃ ἐστιν ἀληθὲς ἢ ψεῦδος ἢ πρᾶγμα αὐτοτελὲς ἀποφαντὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ ἢ καταφατικόν, ὡς ὁ Χρύσιππός φησιν ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς ὅροις· οἷον Ἡμέρα ἐστίν, Δίων περιπατεῖ z). ὠνόμασται δὲ τὸ ἀξίωμα ἀπὸ τοῦ ἀξιοῦσθαι

βάματα, ὡς τὸ πλεῖν, οἷον, Σωκράτης πλεῖ· τὰ δὲ παράσυμβάματα, ὡς τὸ διὰ πέτρας πλεῖν. Vid. Priscianus apud Casaubonum.

t) ὕπτια δέ ἐστι — μηδετέρως ἔχοντα. Edit. Froben. ὕπτια δέ ἐστι· τὰ μηδ' ἑτέρως ἔχοντα. Caeterum scribebatur μηδ' ἑτέρως.

u) ἀντιπεπονθότα δέ ἐστιν ἐν τοῖς ὑπτίοις. Menag. αὐτοπεπονθότα, quod legitur ex correctione Aldobrandini, qui interpretatur, *Reciprocantia vero, quae Graeci* αὐτοπεπονθότα *vocant.* Receptam lectionem libri tuentur omnes. Ambrosius: *reciproca in agendo et patiendo.* Edit. Froben. — ἐστιν τοῖς ὑπτίοις.

x) ἑαυτόν. Edit. Froben. et Stephan. αὐτόν.

y) καὶ αἰτιατική. Ambrosius addit *ablativus.*

z) ἀξίωμα δέ ἐστιν — Δίων περιπατεῖ. Legebatur ἀξίωμα δέ ἐστιν — ἀποφαντὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ· ὡς ὁ Χρ. φ. ἐν τ. δ. ὅροις ἀξίωμά ἐστι τὸ ἀποφαντὸν ἢ καταφαντὸν ὅσον ἐφ' αὑτῷ· οἷον —. Correxit Casaubonus ex Suida s. v. ἀξίωμα. Ambrosius: — *negans quantum in seipsa: ut Chrysippus in dialecticis diffinitionibus dixit. Enunciatum est aut negans aut affirmans quantum in seipso: puta dies est: Plato ambulat.*

Hunc, ut praediximus, post Zenonem audivit et Sphaerus Bosphoranus, qui quum in liberalibus studiis multum profecisset, Alexandriam ad Ptolemaeum Philopatora se contulit. Orto autem sermone aliquando de opinatione sapientis Sphaeroque illum negante opinari, voluus illum rex arguere, mala Punica cerea iussit apponi: Sphaero autem decepto exclamavit rex, fallaci illum dicens consensisse phantasiae. Ad quem Sphaerus prompte ac parate sic respondens ait, consensisse se non esse ea mala Punica, sed probabile esse mala Punica esse: differre autem comprehensibilem phantasiam a probabili. Muesistrato ipsum accusanti quod Ptolemaeum non diceret regem esse, At, inquit,

Digitized by Google

στοχάζεσθαι, τοῦ δὲ μόνου τὸν σοφόν. τὰ δὲ μεταξὺ ἀρετῆς
II. καὶ κακίας ἀδιάφορα εἶναι. ἔστι δὲ τὰ βιβλία αὐτοῦ ὀλι-
γόστιχα μέν, δυνάμεως δὲ μεστὰ καὶ περιέχοντα ἀντιρρή-
III. σεις d) πρὸς Ζήνωνα. λέγεται δὲ ὅτι παιδὸς ὄντος αὐτοῦ
166. ἠράσθησαν ἱκανοί, οὓς ἀποτρέψαι βουλόμενος ὁ Ζήνων
IV. ἠνάγκασε ξυρᾶσθαι Ἡρίλλον e), οἱ δὲ ἀπετράποντο. Τὰ
δὲ βιβλία ἐστὶ τάδε f)· περὶ ἀσκήσεως, περὶ παθῶν, περὶ
ὑπολήψεως, Νομοθέτης, Μαιευτικός g), Ἀντιφέρων διδάσκα-
λος h), Διασκευάζων, Εὐθύνων, Ἑρμῆς, Μήδεια, Διάλογοι,
Θέσεων ἠθικῶν * i).

Symbolarum ad historiam philosophiae particula tertia, quae inscripta est, Herilli de summo bono sententia explosa non explodenda, edita Lipsiae a. 1822. 4.

d) ἀντιρρήσεις. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 265.

e) Ἡρίλλον. Edit. Froben. et Stephan. Ἡριλλον.

f) τάδε. Ambrosius non expressit.

g) Μαιευτικός. Ambrosius omittit.

h) Ἀντιφέρων διδάσκαλος. Interpretes: *Antipheron magister*. Secutus eum Kuehnium.

i) Διάλογοι, Θέσεων ἠθικῶν *. Indicavi lacunam: excidisse enim numerus videtur. Stephan. διάλογοι Θέσεων ἠθικῶν, quod expressit Ambrosius *dialogi quaestionum moralium*.

sectari, illum neminem nisi solum sapientem. Quae autem inter virtutem et vitium sint, indifferentia esse. Sunt eius libri breves quidem, sed succi ac sensus pleni continentque contradictiones adversus Zenonem. Fertur eum puerum complures adamasse, quos Zeno quum vellet avertere, tondere coegit Herillum illosque ab eo avertit. Sunt autem eius libri hi: de exercitatione, de perturbationibus, de opinatione, Legumlator, Obstetricius, Magister contradicens, Parans, Dirigens, Mercurius, Medea, Dialogi, Sententiarum moralium *.

Digitized by Google

CAPUT IV.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ

Διονύσιος δὲ ὁ Μεταθέμενος a) τέλος εἶπε τὴν ἡδονὴν διὰ I.
περίστασιν ὀφθαλμίας b). ἀλγήσας γὰρ ἐπιπόνως ὤκνησεν
εἰπεῖν τὸν πόνον ἀδιάφορον. ἦν δὲ παῖς μὲν Θεοφάντου, II.
πόλεως δὲ Ἡρακλείας. ἤκουσε δέ, καθά φησι Διοκλῆς, III.
πρῶτον μὲν Ἡρακλείδου τοῦ πολίτου, ἔπειτα Ἀλεξίνου καὶ
Μενεδήμου c), τελευταῖον δὲ Ζήνωνος. καὶ κατ' ἀρχὰς d) 167.
μὲν φιλογράμματος ὢν παντοδαποῖς ἐπεχείρει ποιήμασιν,
ἔπειτα δὲ καὶ Ἄρατον ἀπεδέχετο, ζηλῶν αὐτόν. ἀποστὰς δὲ
τοῦ Ζήνωνος πρὸς τοὺς Κυρηναϊκοὺς ἀπετράπη καὶ εἰς τε
τὰ χαμαιτυπεῖα εἰσῄει e) καὶ τἆλλα ἀπαρακαλύπτως f) ἠδυ-

a) ὁ Μεταθέμενος. Ambrosius non expressit. Caeterum seiunxi hanc vitam ab Herillo, titulo adiecto, praeeunte Longolio.
b) διὰ περίστασιν ὀφθαλμίας. Ambrosius: *Eum in oculorum dolorem incidisse.*
c) καὶ Μενεδήμου. Ambrosius omittit.
d) κατ' ἀρχάς. Edit. Froben. et Menag. καταχάς.
e) εἰσῄει. Edit. Froben. et Stephan. cum cod. Arund. ὑπεισῄει. Ambrosius: *palam ingrediebatur.*
f) ἀπαρακαλύπτως. Edit. Froben. παρακαλύπτων. Hoc qui invenit, idem videtur ὑπεισῄει dedisse.

DIONYSIUS.

Dionysius vero qui Metathemenus appellatus est finem dixit voluptatem, propterea quod laboraret lippitudine: ea enim cruciatus acriter dolorem dicere noluit indifferentem. Erat autem Theophanto patre natus et civitate Heraclea. Atque, ut ait Diocles, primo quidem audivit Heraclidem civem suum, deinde Alexinum ac Menedemum, postremo Zenonem. Principio quidem admodum studiosus litterarum omnis generis se poematibus addixerat, postea vero Aratum carius amplectebatur, quem et imitari satagebat. Demum quum discessisset a Zenone, sese ad Cyrenaicos contulit ac lustra ingrediebatur caeteraque sub omnium gerebat oculis

Digitized by Google

IV. πάθει. βιοὺς δὲ πρὸς τὰ ὀγδοήκοντα ἀσιτίᾳ κατέστρεψε.
V. Βιβλία δὲ αὐτοῦ φέρεται τάδε g)· περὶ ἀπαθείας β', περὶ ἀσκήσεως β', περὶ ἡδονῆς δ', περὶ πλούτου καὶ χάριτος καὶ τιμωρίας, περὶ ἀνθρώπων χρήσεως, περὶ εὐτυχίας, περὶ ἀρχαίων βασιλέων, περὶ τῶν ἐπαινουμένων, περὶ βαρβαρικῶν ἐθῶν. Καὶ οὗτοι μὲν οἱ ἀφεστηκότες. διεδέξατο δὲ τὸν Ζήνωνα Κλεάνθης, περὶ οὗ λεκτέον.

g) τάδε. Ambrosius non expressit.

quae ad voluptatem pertinerent. Quumque ad octogesimum vitae annum pervenisset, inedia consumptus interiit. Circumferuntur autem eius libri hi: de sedatione perturbationum duo, de exercitatione duo, de voluptate quattuor, de divitiis et gratia et supplicio, de hominum usu, de felicitate, de antiquis regibus, de his quae laudantur, de barbaricis consuetudinibus. Et isti quidem a Stoicis decretis deviaverunt. Successit autem Zenoni Cleanthes, de quo dicendum nunc est.

Digitized by Google

CAPUT V.

ΚΛΕΑΝΘΗΣ.

Κλεάνθης Φανίου a) Ἄσσιος. οὗτος b) πρῶτον μὲν πύξης. I. 168.
ὡς φησιν Ἀντισθένης ἐν Διαδοχαῖς· ἀφικόμενος δὲ εἰς Ἀθήνας τέσσαρας ἔχων δραχμάς, καθά φασί τινες, καὶ Ζήνωνι παραβαλὼν ἐφιλοσόφησε γενναιότατα καὶ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἔμεινε δογμάτων. διεβοήθη δὲ ἐπὶ φιλοπονίᾳ, ὡς γε πένητα II.
ὢν ἄγαν ὥρμησε μισθοφορεῖν· καὶ νύκτωρ μὲν ἐν τοῖς κήποις ἤντλει, μεθ' ἡμέραν δὲ ἐν τοῖς λόγοις ἐγυμνάζετο· ὅθεν καὶ Φρεάντλης ἐκλήθη. φασὶ δὲ αὐτὸν c) καὶ εἰς δικαστήριον ἀχθῆναι, λόγους δώσοντα πόθεν ἐς τοσοῦτον εὐέκτης ὢν διαζῇ· ἔπειτα ἀποφυγεῖν, τόν τε κηπουρὸν μάρτυρα παρασχόντα παρ' ὃν ἤντλει, καὶ τὴν ἀλφιτόπωλιν παρ' ἣ τὰ ἄλφιτα ἔπεττεν d). ἀποδεξαμένους δὲ αὐτὸν τοὺς Ἀρεοπαγίτας 169.

a) *Φανίου*. Interpretes *Phanii*.
b) οὗτος. Ambrosius non expressit.
c) *αὐτόν*. Edit. Froben. omittit.
d) *ἔπεττεν*. Stephan. *ἔπετεν*.

CLEANTHES.

Cleanthes Phaniae filius Assius. Hic, ut Antisthenes ait in Successionibus, primum quidem pugil fuit; profectus autem Athenas cum drachmis quattuor, ut quidam aiunt, congressusque Zenoni studiosissime philosophatus est inque eiusdem decretis perstitit. Memoriae proditum est ipsum laboriosissimum fuisse, adeo ut inopia cogente mercenariam faceret ac noctu quidem in hortis hauriret aquas, interdiu autem operam studiis liberalibus daret: unde et Φρεάντλης, hoc est, Exhauriens puteos appellaretur. Aiunt illum, quum pertractus esset ad iudicium redditurus rationem unde adeo robustus ac tam boni habitus viveret, hortulano apud quem haurire solebat, ac muliere apud quam farinas pinsebat, testibus victus sui usum absolutum esse. Areopagitasque

Digitized by Google

ψηφίσασθαι δέκα μνᾶς δοθῆναι, Ζήνωνα δὲ κωλῦσαι λαβεῖν. φασὶ δὲ καὶ Ἀντίγονον αὐτῷ τρισχιλίας δοῦναι. ἡγούμενόν τε τῶν ἐφήβων ἐπί τινα θέαν ὑπ' ἀνέμου παραγυμνωθῆναι καὶ ὀφθῆναι ἀχίτωνα· ἐφ' ᾧ κρότῳ τιμηθῆναι e) ὑπὸ Ἀθηναίων, καθά φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς Ὁμωνύμοις. ἐθαυμάσθη δὴ οὖν f) καὶ διὰ τόδε. φασὶ δὲ καὶ Ἀντίγονον αὐτοῦ πυθέσθαι ὄντα ἀπροαιτήν, διὰ τί ἀντλεῖ· τὸν δ' g) εἰπεῖν, „Ἀντλῶ γὰρ μόνον h); τί δ' οὐχὶ σκάπτω; τί δ' οὐκ ἄρδω καὶ πάντα ποιῶ φιλοσοφίας ἕνεκα;" καὶ γὰρ ὁ Ζήνων αὐτὸν συνεγύμναζεν εἰς τοῦτο καὶ ἐκέλευεν ὀβολὸν φέρειν
170 ἀποφορᾶς i). καί ποτε ἀθροισθὲν τὸ κέρμα ἐκόμισεν εἰς μέσον τῶν γνωρίμων καὶ φησι, „Κλεάνθης μὲν καὶ ἄλλον Κλεάνθην δύναιτ' ἂν τρέφειν, εἰ βούλοιτο· οἱ δὲ ἔχοντες ὅθεν τραφήσονται παρ' ἑτέρων ἐπιζητοῦσι τὰ ἐπιτήδεια, καίπερ ἀνειμένως φιλοσοφοῦντες." ὅθεν δὴ καὶ δεύτερος
171 Ἡρακλῆς ὁ Κλεάνθης ἐκαλεῖτο k). ἦν δὴ πονικὸς l) μέν,

e) κρότῳ τιμηθῆναι. Edit. Froben. et Stephan. κροκωτῷ τιμηθῆναι. Illud praebet Menag., ipsi probatum Menagio, expresseruntque interpretes. Cod. Florent. χρώτῳ. Palat. κροτῷ.
f) δὴ οὖν. Stephan. οὖν δή.
g) δ'. Menag. omittit.
h) Ἀντλῶ γὰρ μόνον; Edit. Froben. omittit.
i) ἀποφορᾶς. Hemsterhusius Anecdott. P. I. p. 50. corr. ἀποφορών: quod fortasse expressit Aldobrandinus *mercedem ferre*.
k) ἐκαλεῖτο. Edit. Froben. omittit.
l) πονικός. Vid. Lobeck. Parerga ad Phrynich. p. 520.

admiratos decem illi minas dari censuisse, Zenonem autem accipere illum vetuisse. Aiunt autem et Antigonum tria millia dedisse. Item quum ad spectaculum quoddam puberes duceret, venti flatu denudatum esse ac sine tunica apparuisse: qua ex re plausu exceptum atque ab Atheniensibus fuisse honoratum, ut ait Demetrius Magnesius in Aequivocis. Admirationi igitur ob eam quoque rem habitus est. Aiunt Antigonum auditorem illius, quum rogaret quamobrem hauriret, audisse, Num solum haurio? numquid non fodio et rigo et omnia facio philosophiae causa? Zeno enim illum ad id quoque exercebat iubebatque obolum sibi ex labore afferre. Coactam aliquando stipem in medium familiarium intulit, dicens, Cleanthes quidem Cleanthem alium posset nutrire, si vellet: qui vero unde nutriantur affatim habent, ab aliis quaerunt quae sunt ad usum vitae necessaria, quamvis remissius philosophantes. Ea igitur ex causa secundus Hercules Cleanthes dicebatur. Erat illi quidem eximium studium, caete-

Digitized by Google

ἀφύσικος δὲ καὶ βραδὺς ὑπερβαλλόντως m)· διὸ καὶ Τίμων περὶ αὐτοῦ φησιν οὕτως·

Τίς δ' οὗτος πτίλος n) ὡς ἐπιπωλεῖται στίχας ἀνδρῶν,
μωλύτης o), ἐπέων φίλος, Ἄσσιος, ὄλμος ἄτολμος;

Καὶ σκωπτόμενος p) ὑπὸ τῶν συμμαθητῶν ἠνέσχετο q)· καὶ IV. ὄνος ἀκούων προσεδέχετο, λέγων αὐτὸς μόνος δύνασθαι βα- στάζειν τὸ Ζήνωνος φορτίον. καὶ ποτε ὀνειδιζόμενος ὡς 171. δειλός, „Διὰ τοῦτο," εἶπεν, „ὀλίγα ἁμαρτάνω." προκρίνων δὲ τὸν ἑαυτοῦ βίον τοῦ τῶν πλουσίων r) ἔλεγεν, ἐν ᾧ σφαιρί- ζουσιν ἐκεῖνοι, τὴν σκληρὰν καὶ ἄκαρπον ἐργάζεσθαι σκά- πτων s). πολλάκις δὲ καὶ t) ἑαυτῷ ἐπέπληττεν· ὥστε u) ἀκούσας Ἀρίστων x), „Τίνι," ἔφη, „ἐπιπλήττεις;" καὶ ὃς γελάσας, „Πρεσβύτῃ," φησί, „πολιὰς μὲν ἔχοντι, νοῦν δὲ μή."

m) ἀφύσικος δὲ καὶ βραδὺς ὑπερβαλλόντως. Aldobrandinus: *sed nihil in eo naturae, ingenioque praeter modum tardus erat.* Ambrosius post haec verba haec addit: *eam tamen tarditatem ingenii labore, studio ac diligentia vincebat.*

n) Τίς δ' οὗτος πτίλος. Edit. Froben. et Stephan. Τίς δ' οὕτω πτίλος. Vid. Iacobs. Anthol. Gr. XI. 296. Ambrosius: *Quis est iste aries virorum qui circuit orbem verborum parcus et caetera.*

o) μωλύτης. Vid. Iacobs. Anthol. Gr. vol. III. p. 704. et 705.

p) Καὶ σκωπτόμενος. Stephan. Καὶ σκωπτόμενος δέ.

q) ἠνέσχετο. Edit. Froben. et Stephan. ἠνείχετο.

r) τῶν πλουσίων. Edit. Froben. et Stephan. τῶν πλησίον. Illud praeter Menag. agnoscunt interpretes et codd. RRR.

s) σκάπτων. Ambrosius ad sequentia trahebat: *saepe cum foderet se ipsum increpabat.*

t) δὲ καί. Editiones ante Menagianam omittunt δέ, omissum etiam ab interpretibus. Ambrosius etiam καὶ omittit.

u) ὥν. Ambrosius *Quem.*

x) Ἀρίστων. Ambrosius *Aristoteles.*

rum ingenium obtusum atque tardissimum: unde et de ipso sic Timon ait:

Quis vero hic aries ceu incedit per ordines virorum hebes, verborum cupidus, Assius, mortarium audaciae expers?

Quumque a condiscipulis obiurgaretur, tolerabat: item quum diceretur asinus, non abnuebat, dicens solum se ferre posse Zenonis sarcinam. Et quum aliquando probro illi daretur quod esset timidus, At ideo, inquit, parum pecco. Suam vero inopiam divitum opibus praeferens dicebat, Dum illi pila ludunt, ego duram infructuosamque humum exerceo fodiendo. Saepe etiam se ipsum increpabat: quod audiens Aristo, Quem, inquit, obiurgas? et ille ridens, Senem, inquit, canum quidem, sed excordem et amentem. Quum

Digitized by Google

εἰπόντος δέ τινος Ἀρκεσίλαον μὴ ποιεῖν τὰ δέοντα, „Παῦσαι,“ ἔφη, „καὶ μὴ ψέγε· εἰ γὰρ καὶ λόγῳ τὸ κάθηκον ἀναιρεῖ, τοῖς γοῦν ἔργοις αὐτὸ τιθεῖ.“ καὶ ὁ Ἀρκεσίλαος, „Οὐ κολακεύομαι,“ φησί· πρὸς ὃν ὁ Κλεάνθης, „Ναί,“ ἔφη, „δὲ κολακεύομαι γ), φάμενος ἄλλα μὲν λέγειν, ἕτερα δὲ
172. ποιεῖν.“ ἐρομένου τινὸς τί ὑποτίθεσθαι δεῖ τῷ υἱῷ, „Τὸ τῆς Ἠλέκτρας ζ),“ ἔφη,

„Σῖγα, σῖγα, λεπτὸν ἴχνος α).“

Λάκωνός τινος εἰπόντος ὅτι ὁ πόνος ἀγαθόν, διαχυθεὶς φησιν,

Αἵματός εἰς ἀγαθοῖο, φίλον τέκος b).

Φησὶ δὲ ὁ Ἑκάτων ἐν ταῖς Χρείαις, εὐμόρφου μειρακίου εἰπόντος, „Εἰ ὁ εἰς τὴν γαστέρα τύπτων γαστρίζει, καὶ ὁ εἰς τοὺς μηροὺς τύπτων μηρίζει,“ ἔφη, „Σὺ μὲν τοὺς διαμηρισμοὺς ἔχε, μειράκιον· αἱ δ' ἀνάλογοι φωναὶ τὰ ἀνάλογα οὐ πάντως σημαίνουσι τὰ πράγματα.“ μειρακίῳ ποτὲ διαλεγόμενος ἐπύθετο εἰ αἰσθάνεται· τοῦ δ' ἐπινεύσαντος, „Διὰ

y) κολακεύομαι. Stephan. κολακεύω.
z) τὸ τῆς Ἠλέκτρας. Legebatur τὸ ἐκ τῆς Ἠλέκτρας. Emendavit Casaubonus confirmantque interpretes, Menagius atque Dobraeus Append. ad Aristoph. p. (57.)
a) „Σῖγα, σῖγα, λεπτὸν ἴχνος.“ Ambrosius: *sile, tenue vestigium.* Versus est Euripidis Orest. 140. ed. Porson., ubi Electra loquitur.
b) Αἵματός εἰς ἀγαθοῖο, φίλον τέκος. Aldobrandinus: *Sanguine anus bono, —.* Versus est Homeri Odyss. Δ. 611.

diceret quidam Arcesilaum vitae officia negligere, Quiesce, inquit, neque vituperes: ille enim etsi verbis officium tollit, operibus tamen commendat. Ad quem Arcesilaus, Non, inquit, adulationes admitto: et Cleanthes, At equidem, ait, tibi adulor, qui dixi alia te facere, alia dicere. Rogante quodam quidnam filio crebro ingerere deberet, Illud, ait, Electrae,

Sile, sile, tenue vestigium.

Lacone quodam dicente laborem esse bonum, gestiens ait,

Sanguine praeclara es, dulcis nate.

Dicit autem Hecato in Sententiis enm, quum adolescens quidam formosus dixisset, Si pulsans ventrem ventrizat, num et pulsans coxas coxizet, dixisse, Habeas tibi, adolescens, coxizationes; voces autem proportionales non omnino res significant proportionales. Addlescenti cuidam dissefens an sentiret rogavit: annuente illo, Cur ergo, inquit,

Digitized by Google

τί οὖν," εἶπεν, „ἐγὼ οὐκ αἰσθάνομαι ὅτι αἰσθάνει c);" Σωσιθέου τοῦ ποιητοῦ ἐν θεάτρῳ εἰπόντος πρὸς αὐτὸν παρόντα, 173.

Οὓς ἡ Κλεάνθους μωρία βοηλατεῖ d),

ἔμεινεν ἐπὶ ταὐτοῦ σχήματος· ἐφ' ᾧ ἀγανακτήσαντες οἱ ἀκροαταὶ τὸν μὲν ἐκρότησαν, τὸν δὲ Σωσίθεον ἐξέβαλον dd). μεταγινώσκοντα δὲ αὐτὸν ἐπὶ τῇ λοιδορίᾳ προσήκατο, εἰπὼν ἄτοπον εἶναι τὸν μὲν Διόνυσον καὶ τὸν Ἡρακλέα φλυαρουμένους ὑπὸ τῶν ποιητῶν μὴ ὀργίζεσθαι, αὐτὸν δὲ ἐπὶ τῇ τυχούσῃ βλασφημίᾳ δυσχεραίνειν. ἔλεγε δὲ καὶ τοὺς ἐκ τοῦ περιπάτου ὅμοιόν τι πάσχειν ταῖς λύραις, αἳ καλῶς φθεγξάμεναι αὐτῶν οὐκ ἀκούουσι. λέγεται δέ, φάσκοντος αὐτοῦ κατὰ Ζήνωνα καταληπτὸν εἶναι τὸ ἦθος ἐξ εἴδους, νεανίσκους τινὰς εὐτραπέλους ἀγαγεῖν πρὸς αὐτὸν κίναιδον ἐσκηραγωγημένον ἐν ἀγρῷ καὶ ἀξιοῦν ἀποφαίνεσθαι περὶ τοῦ ἤθους· τὸν δὲ διαπορούμενον κελεῦσαι ἀπιέναι τὸν ἄνθρωπον. ὡς δὲ ἀπιὼν ἐκεῖνος ἔπταρεν e), „Ἔχω," εἶπεν, „αὐτόν," ὁ Κλεάνθης·

c) *αἰσθάνει.* Scribebatur *αἰσθάνῃ.*

d) *Οὓς ἡ Κλεάνθους μωρία βοηλατεῖ.* Naekius in Schedis criticis p. 4. negat hunc versum ex comoedia Sosithei depromptum esse putatque Sositheum, quum illud diceret, ante oculos habuisse et deflexisse versum nescio cuius poetae dramatici. Aliter visum Goul. Christ. Frid. Mohnikio in libro *Kleanthes der Stoiker*, edito Grypisvaldiae a. 1814. 8., p. 85. et seqq..

dd) *ἐξέβαλον.* Ambrosius *abiecerunt.*

e) *ὡς δὲ ἀπιὼν ἐκεῖνος ἔπταρεν* —. Edit. Froben. *ὡς δὲ ἀπιέναι τὸν ἄνθρωπον. ὡς δὲ ἀπιὼν ἐκεῖνος ἔπταρεν* —. Ambrosius: *Ut vero abire coepit, gestu illum agnoscens, habeo* —.

ego te sentire non sentio? Sositheo poeta in theatro coram se dicente,

Quos Cleanthis insania exagitat,

eodem vultu et habitu perstitit: qua ex re permoti auditores huic applaudentes Sositheum eiecerunt. Agenti poenitentiam, quod illum hoc maledicto incessisset, respondit dicens indecens esse Liberum patrem atque Herculem a poetis illudi nec irasci, se autem levi maledicto indignari. Dicebat Peripateticos idem ferme pati quod lyras, quae quum bene sonent, se ipsas tamen non audiunt. Fertur quum diceret, secundum Zenonem ex specie comprehendi posse mores, adolescentes quosdam scurras adduxisse ad illum libidinosum rusticum callis duratum et illum ut de more eius sententiam ferret rogasse: illum, quum aliquamdiu haesisset, iussisse abire hominem. Ut vero abibat, coepit sternutare: ad haec, Habeo illum, inquit Cleanthes:

Digitized by Google

174. „μαλακός ἐστι.“ πρὸς δὲ τὸν μανήρη καὶ ἑαυτῷ λαλοῦντα, „Οὐ φαύλῳ,“ ἔφη, „ἀνθρώπῳ λαλεῖς.“ ὀνειδίσαντος αὐτῷ τινος εἰς τὸ γῆρας, „Καγώ,“ ἔφη, „ἀπιέναι βούλομαι· ἤτιον δὲ πανταχόθεν ἐμαυτὸν ὑγιαίνοντα περινοῶ καὶ γράφοντα καὶ ἀναγινώσκοντα, πάλιν μένω.“ τοῦτόν φασιν εἰς ὄστρακα καὶ βοῶν ὠμοπλάτας f) γράφειν ἅπερ ἤκουε παρὰ τοῦ Ζήνωνος g), ἀπορίᾳ κερμάτων ὥστε ὠνήσασθαι χαρτία.

V. τοιοῦτος δὲ ὢν ἐξίσχυσε, πολλῶν καὶ ἄλλων ὄντων ἀξιολόγων

VI. Ζήνωνος μαθητῶν, αὐτὸς διαδέξασθαι τὴν σχολήν. Βιβλία δὲ πάλλιστα καταλέλοιπεν, ἃ ἔστι τάδε h)· περὶ χρόνου, περὶ τῆς τοῦ Ζήνωνος φυσιολογίας δύο, τῶν Ἡρακλείτου ἐξηγήσεις τέσσαρα, περὶ αἰσθήσεως i), περὶ τέχνης, πρὸς Δημόκριτον, πρὸς Ἀρίσταρχον, πρὸς Ἥριλλον k), περὶ ὁρμῆς

175. δύο, Ἀρχαιολογία l), περὶ θεῶν, περὶ γιγάντων, περὶ ὑμεναίων m), περὶ τοῦ ποιητοῦ, περὶ τοῦ καθήκοντος τρία n),

f) καὶ βοῶν ὠμοπλάτας. Stephan. omittit καί. Ambrosius: boumque ossibus.

g) ἅπερ ἤκουε παρὰ τοῦ Ζήνωνος. Edit. Froben. et Stephan. ἃπερ ἤκουεν ἀπ' αὐτοῦ Ζήνωνος.

h) ἃ ἔστι τάδε. Ambrosius non expressit.

i) περὶ τῆς τοῦ Ζήνωνος φυσιολογίας δύο, — περὶ αἰσθήσεως. Ante Meibomium legebatur περὶ τῆς τοῦ Ζήνωνος φυσιολογίας, δύο τῶν Ἡρακλείτου ἐξηγήσεις, τέσσαρα περὶ αἰσθήσεως. Neque aliter interpretatus est Aldobrandinus. Secutus sum Ambrosium. Cod. Palat. φυσιολόγου et ἐξηγήσεων.

k) Ἥριλλον. Edit. Froben. et Stephan. Ἥριλλον.

l) Ἀρχαιολογία. Edit. Froben. ἀρχεολογία.

m) περὶ ὑμεναίων. Stephan. cum cod. Arund. περὶ ὑμνείου, quod expressit Ambrosius.

n) τρία. Scribebatur γ'.

mollis est. Cuidam soli secum loquenti, Cum homine, inquit, loqueris non malo. Exprobrante ipsi quodam senectutem, Et ego, inquit, abire volo: quum vero me sanum omni ex parte considero scribentemque ac legentem, rursus maneo. Aiunt illum quae a Zenone audierat testae boumque scapulis inscribere solitum, quum pecuniis careret quibus chartas emere posset. Hoc vitae instituto clarus obtinuit ut Zenoni succederet et quidem quum plures essent illius memorabiles discipuli Zenonis. Reliquit autem pulcherrimos libros, qui sunt fere hi: de tempore, de physiologia Zenonis duo, Heracliti expositionum libri quattuor, de sensu, de arte, adversus Democritum, adversus Aristarchum, adversus Herillum, de appetitione duo, Archaeologia, de diis, de gigantibus, de Hymenaeis, de poeta, de

Digitized by Google

περὶ εὐβουλίας, περὶ χάριτος, Προτρεπτικός, περὶ ἀρετῶν o), περὶ εὐφυίας, περὶ Γοργίππου p), περὶ φθονερίας, περὶ ἔρωτος, περὶ ἐλευθερίας, Ἐρωτικὴ τέχνη, περὶ τιμῆς, περὶ δόξης q), Πολιτικός, περὶ βουλῆς, περὶ νόμων, περὶ τοῦ δικάζειν, περὶ ἀγωγῆς, περὶ τοῦ λόγου τρία r), περὶ τέλους, περὶ καλῶν, περὶ πράξεων, περὶ ἐπιστήμης, περὶ βασιλείας, περὶ φιλίας, περὶ συμποσίου s), περὶ τοῦ ὅτι ἡ αὐτὴ ἀρετὴ καὶ ἀνδρὸς καὶ γυναικός, περὶ τοῦ τὸν σοφὸν σοφιστεύειν t), περὶ χρειῶν, Διατριβῶν δύο u), περὶ ἡδονῆς, περὶ ἰδίων, περὶ τῶν ἀπόρων, περὶ διαλεκτικῆς, περὶ τρόπων, περὶ κατηγορημάτων. ταῦτα αὐτῷ τὰ βιβλία. Καὶ τελευτᾷ τόνδε VII. 176.
τὸν τρόπον. διώδησεν x) αὐτῷ τὸ οὖλον· ἀπαγορευσάντων δὲ τῶν ἰατρῶν, δύο ἡμέρας ἀπέσχετο τροφῆς. καὶ πως y) ἔσχε καλῶς ὥστε τοὺς ἰατροὺς αὐτῷ πάντα z) τὰ συνήθη

o) περὶ ἀρετῶν. Post haec Ambrosius inserit haecce, *ars amatoria, de honore, de gloria.*
p) Γοργίππου. Edit. Froben. γοργαππου.
q) ἐρωτικὴ τέχνη, περὶ τιμῆς, περὶ δόξης. Ambrosius supra habet post librum περὶ ἀρετῶν inserta.
r) τρία. Scribebatur γ'.
s) περὶ συμποσίου. Ambrosius *de symposiis.*
t) περὶ τοῦ τὸν σοφὸν σοφιστεύειν. Edit. Froben. et Stephan. περὶ τοῦ τῶν σοφῶν σοφιστεύειν. Illud praeter Menag. commendant interpretes. Ambrosius: *quod sapiens sophista.* Aldobrandinus: *sapientem sophismatibus uti.*
u) περὶ χρειῶν, Διατριβῶν δύο. Scribebatur περὶ χρειῶν, Διατριβῶν β'. Ambrosius: *de usu duo.*
x) διώδησεν. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 153.
y) καί πως. Ita edit. Froben.: reliquae καὶ πῶς.
z) πάντα. Ambrosius *omnes.*

officiis tres, de recto consilio, de gratia, Exhortatorius, de virtutibus, de ingenio, de Gorgippo, de invidentia, de amore, de libertate, Ars amatoria, de honore, de gloria, Politicus, de consilio, de legibus, de iudicando, de instituto vitae, de oratione tres, de fine, de honestis, de actionibus, de scientia, de regno, de amicitia, de convivio, Quod eadem sit virtus viri et feminae, Quod sapiens sophismatis utatur, de sententiis, Disputationum duo, de voluptate, de propriis, de ambiguis, de dialectica, de modis, de praedicamentis. Haec ab illo scripta sunt. Moritur autem hoc modo. Tumuit illi ac putruit gingiva: medicis autem interdicentibus, biduum totum cibo abstinuit. Atque in tantum convaluit ut medici illi omnia consueta permitterent:

Digitized by Google

συγχωρεῖν· τὸν δὲ μὴ ἀνασχέσθαι a), ἀλλ' εἰπόντα ἤδη αὐτῷ προοδοιπορῆσθαι b) καὶ τὰς λοιπὰς ἀποσχόμενον c) τελευτῆσαι, καθά φασί τινες, ὀγδοήκοντα ἔτη βιώσαντα d) καὶ ἀκούσαντα Ζήνωνος ἔτη ἐννεακαίδεκα. ἐπαίξαμεν δὲ καὶ ἡμεῖς πρὸς αὐτὸν οὕτως·

Αἰνῶ Κλεάνθην, ἀλλὰ μᾶλλον Ἄϊδην·
ἰδὼν γὰρ αὐτὸν πρέσβυν οὐκ ἠνέσχετο
τὸ μὴ οὐ e) τὸ λοιπὸν ἄνεσιν ἐν φθιτοῖς ἔχειν
τοσοῦτον ἀντλήσαντα τοῦ βίου χρόνον.

a) τὸν δὲ μὴ ἀνασχέσθαι. Menag. omittit μή. Ambrosius: *Ea illum licentia minime usum fuisse.*

b) προοδοιπορῆσθαι. Edit. Froben. προοδοιπορεῖσθαι. Stephan. προωδοιπορῆσθαι.

c) καὶ τὰς λοιπὰς ἀποσχόμενον. Legebatur ἀνασχόμενον. Quod restitui commendare videtur Ambrosius, qui interpretatur *atque ita inedia consumptum.* Aldobrandinus: *reliquis quoque diebus ita consumptis.*

d) καθά φασί τινες, ὀγδοήκοντα ἔτη βιώσαντα. Stephan. ante haec verba inserta habet ταῦτά Ζήνωνι, quae agnoscens Ambrosius cum sequentibus sic interpretatur: *Cum, ut quidam voluit, Zenonis aequasset annos audissetque illum annos XVIII.* Cod. Arund. ταῦτα Ζήνωνος. Caeterum scribebatur π pro ὀγδοήκοντα.

e) τὸ μὴ οὐ. Legebatur μὴ οὐ. Emendavit Porsonus Adversa. p. 36. ed. Lips..

illum tamen non accepisse, sed et contra sine cibo perstitisse, dicentem iter iam sibi confectum esse, atque ita reliquis quoque diebus inedia consumptis exhalasse animam, quum, ut quidam volunt, et octoginta annos vixisset Zenonemque audisset novendecim. Lusimus et nos in eum hoc modo:

Miror Cleanthem, laudo sed Ditem magis:
Nam ut vidit illum tam senem, ultra non tulit
Tandem quietem quin vel mortuo daret,
Qui tantum aquarum exhauserat dum viveret.

Digitized by Google

CAPUT VI.

ΣΦΑΙΡΟΣ.

Τούτου a), καθάπερ προειρήκαμεν, ἤκουσε μετὰ Ζήνωνα καὶ Σφαῖρος ὁ Βοσποριανός, ὃς προκοπὴν ἱκανὴν περιποιησάμενος λόγων b) εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀπῆρε πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Φιλοπάτορα. λόγου δέ ποτε γενομένου περὶ τοῦ δοξάσειν τὸν σοφὸν καὶ τοῦ Σφαίρου εἰπόντος ὡς οὐ δοξάσει, βουλόμενος ὁ βασιλεὺς ἐλέγξαι αὐτόν, κηρίνας ῥόας ἐκέλευσε παρατεθῆναι c)· τοῦ δὲ Σφαίρου ἁπατηθέντος ἀνεβόησεν ὁ βασιλεὺς ψευδεῖ συγκατατεθεῖσθαι αὐτὸν d) φαντασίᾳ. πρὸς ὃν ὁ Σφαῖρος εὐστόχως ἀπεκρίνατο, μὴ οὕτως συγκατατεθεῖσθαι, οὐχ ὅτι ῥόαι εἰσίν, ἀλλ' ὅτι εὔλογόν ἐστι ῥόας αὐτὰς εἶναι· διαφέρειν δὲ τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν τοῦ εὐλόγου. πρὸς δὲ Μνησίστρατον κατηγοροῦντα αὐτοῦ ὅτι Πτολεμαῖον οὐ φησι βασιλέα εἶναι e), „Τοιοῦτον δὲ ὄντα τὸν I. 177. II.

a) *Τούτου.* Ambrosius non expressit.
b) *λόγων.* Stephan. *ἐν λόγῳ.*
c) *παρατεθῆναι.* Menag. *παρατιθῆναι.* Caeterum eamdem rem paene iisdem verbis narrat Athenaeus VIII. p. 354. E. F.
d) *αὐτόν.* Edit. Froben. *αὐτῷ.*
e) *οὐ φησι βασιλέα εἶναι.* Stephan. post haec inserta habet haecce,

SPHAERUS.

Hunc, ut praediximus, post Zenonem audivit et Sphaerus Bosphoranus, qui quum in liberalibus studiis multum profecisset, Alexandriam ad Ptolemaeum Philopatora se contulit. Orto autem sermone aliquando de opinatione sapientis Sphaeroque illum negante opinari, voleus illum rex arguere, mala Punica cerea iussit apponi: Sphaero autem decepto exclamavit rex, fallaci illum dicens consensisse phantasiae. Ad quem Sphaerus prompte ac parate sic respondens ait, consensisse se non esse ea mala Punica, sed probabile esse mala Punica esse: differre autem comprehensibilem phantasiam a probabili. Mnesistrato ipsum accusanti quod Ptolemaeum non diceret regem esse, At, inquit,

Digitized by Google

III. 178. *Πτολεμαῖον καὶ βασιλέα εἶναι.“ Βιβλία δὲ γέγραφε τάδε· περὶ κόσμου δύο f), περὶ στοιχείων σπέρματος g), περὶ τύχης, περὶ ἐλαχίστων, πρὸς τὰς ἀτόμους καὶ τὰ εἴδωλα h), περὶ αἰσθητηρίων, περὶ Ἡρακλείτου πέντε διατριβῶν i), περὶ τῆς ἠθικῆς διατάξεως, περὶ καθήκοντος, περὶ ὁρμῆς, περὶ παθῶν δύο k), περὶ βασιλείας, περὶ Λακωνικῆς πολιτείας, περὶ Λυκούργου καὶ Σωκράτους τρία l), περὶ νόμου, περὶ μαντικῆς, διαλόγους ἐρωτικούς, περὶ τῶν Ἐρετριακῶν φιλοσόφων, περὶ ὁμοίων, περὶ ἄρων, περὶ ἕξεως, περὶ τῶν ἀντιλεγομένων τρία m), περὶ λόγου, περὶ πλούτου, περὶ δόξης, περὶ θανάτου, τέχνης διαλεκτικῆς δύο n), περὶ κατηγορημάτων, περὶ ἀμφιβολιῶν, ἐπιστολάς.*

οὐκ εἶναι ἔφη: quibus qui mutilum locum habebat Casaubonus cum Galesio etiam μὴ σοφὸν addi volebat. Quod secus esse interpretando satis docuit Menagius.

f) *περὶ κόσμου δύο.* Scribebatur *περὶ κόσμου β'.*

g) *περὶ στοιχείων σπέρματος.* Aldobrandinus: *De elementorum semine.* Fortasse scribendum est *περὶ στοιχείων, περὶ σπέρματος*, id quod convertendo expressit Meibomius.

h) *πρὸς τὰς ἀτόμους καὶ τὰ εἴδωλα.* Edit. Froben. *πρὸς τοὺς ἀτόμους κατὰ εἴδωλα.*

i) *περὶ Ἡρακλείτου πέντε διατριβῶν.* Scribebatur *περὶ Ἡρακλείτου ε' διατριβῶν.* Aldobrandinus: *De Heraclito. V. disputationum.*

k) *περὶ παθῶν δύο.* Scribebatur *περὶ παθῶν β'.* Edit. Froben. et Menag. *περὶ παθῶν β'· διατριβῶν· περὶ βασιλείας.* quae expressit Aldobrandinus. Stephan., Ambrosius et cod. R mediam vocem omittunt.

l) *τρία.* Scribebatur *γ'.*

m) *περὶ τῶν ἀντιλεγομένων τρία'.* Edit. Froben. et Stephan. *τρῖς.* Aldobrandinus: *De his quae contra dicuntur III.*

n) *τέχνης διαλεκτικῆς δύο.* Scribebatur *τέχνης διαλεκτικῆς β'.*

eiusmodi quum sit, regem quoque esse Ptolemaeum dico. Scripsit autem ista volumina: de mundo duo, de elementis seminis, de fortuna, de minimis, adversus atomos et simulacra, de sensibus, de Heracliti quinque diatribis, de morali instituto, de officiis, de appetitione, de perturbationibus duo, de regno, de republica Laconica, de Lycurgo et Socrate tres, de lege, de divinatione, Dialogos amatorios, de Eretriacis philosophis, de similibus, de definitionibus, de habitu, de his quibus contradicitur tres, de oratione, de divitiis, de gloria, de morte, Artis dialecticae duo, de praedicamentis, de ambiguitatibus, Epistolas.

Digitized by Google

CAPUT VII.

ΧΡΥΣΙΠΠΟΣ.

Χρύσιππος Ἀπολλωνίου a) Σολεὺς ἢ Ταρσεύς, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς, μαθητὴς Κλεάνθους. οὗτος πρότερον μὲν δόλιχον ἤσκει b), ἔπειτα ἀκούσας Ζήνωνος ἢ Κλεάνθους, ὡς Διοκλῆς καὶ οἱ πλείους, ἔτι τε ζῶντος ἀπέστη αὐτοῦ καὶ οὐχ ὁ τυχὼν ἐγένετο κατὰ φιλοσοφίαν· ἀνὴρ εὐφυὴς καὶ ὀξύτατος ἐν παντὶ μέρει οὕτως ὥστε καὶ ἐν τοῖς πλείστοις c) διηνέχθη πρὸς Ζήνωνα, ἀλλὰ καὶ πρὸς Κλεάνθην, ᾧ καὶ πολλάκις ἔλεγε μόνης τῆς τῶν δογμάτων διδασκαλίας χρῄζειν, τὰς δὲ ἀποδείξεις αὐτὸν d) εὑρήσειν. μετενόει μέντοι ὁπότε πρὸς αὐτὸν ἀποτείνοιτο, ὥστε συνεχὲς προφέρεσθαι ταῦτα· I. 179. II.

a) Ἀπολλωνίου. Suidas s. v. Χρύσιππος, Ἀπολλωνίδου.

b) οὗτος πρότερον μὲν δόλιχον ἤσκει. Scribebatur οὗτος πρότερον μὲν δολιχὸν ἤσκει, quod expressit Ambrosius, *prius hic longa exercitatione emensa.* Quod scripsi δόλιχον expressit Aldobrandinus, *Hic primo quidem in hippodromo exercebatur.*

c) ἐν τοῖς πλείστοις. Codd. Stephani ἐν τοῖς παιστοῖς.

d) αὐτὸν. Cod. Arund. αὐτός, quod rectius videbatur Stephano.

CHRYSIPPUS.

Chrysippus Apollonii filius Solensis seu Tarsensis, ut Alexander in Successionibus ait, discipulus Cleanthis fuit. Hic primum dolichi cursum exercebat, postea vero Zenonis sive Cleanthis, ut Diocles et plurimi tradunt, auditor fuit: a quo adhuc vivente recessit nec in philosophia mediocris fuit: vir ingeniosus et acutissimus in omni genere orationis, adeo ut in plerisque dissentiret a Zenone atque a Cleanthe ipso, cui saepenumero dicebat solius se dogmatum doctrinae indigere, probationes autem se ipsum reperturum. Quoties vero adversus illum disserendo egerat, poenitentia tanta ducebatur ut crebro diceret:

Digitized by Google

Ἐγὼ δὲ τἄλλα μακάριος πέφυκ' ἀνὴρ
πλὴν εἰς Κλεάνθην· τοῦτο δ' οὐκ εὐδαιμονῶ e).

180. οὕτω δ' ἐπίδοξος ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς ἐγένετο ὥστε δοκεῖν τοὺς πλείους ὅτι εἰ παρὰ θεοῖς ἦν ἡ διαλεκτική, οὐκ ἂν ἧν ἄλλη ἢ ἡ Χρυσίππειος *f*). πλεονάσας δὲ τοῖς πράγμασι τὴν
III. λέξιν οὐ κατώρθωσε. πονικώτατός *g*) τε παρ' ὀντινοῦν γέγονεν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ· τὸν ἀριθμὸν γὰρ ὑπὲρ πέντε καὶ ἑπτακόσιά ἐστιν *h*). ἐπλήθυνε δὲ αὐτὰ πολλάκις ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ δόγματος ἐπιχειρῶν καὶ πᾶν τὸ ὑποπεσὸν γράφων καὶ διορθούμενος πλεονάκις πλείστῃ τε τῶν μαρτυριῶν παραθέσει χρώμενος· ὥστε καὶ ἐπειδή ποτε ἔν τινι τῶν συγγραμμάτων *i*) παρ' ὀλίγον τὴν Εὐριπίδου Μήδειαν ὅλην παρετίθετο καὶ τις μετὰ χεῖρας εἶχε τὸ βιβλίον, πρὸς τὸν πυθόμενον τί ἄρα ἔχοι, ἔφη, „Χρυσίππου Μήδειαν."
181. καὶ Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν δογμάτων, βουλόμενος παριστάνειν ὅτι τὰ Ἐπικούρου οἰκεῖα

e) Ἐγὼ δὲ — οὐκ εὐδαιμονῶ. Versus sunt Euripidis Orest. 533. et 534. ed. Porson., ubi est πλὴν εἰς Φυγατέρας.

f) ἡ Χρυσίππειος. Edit. Proben. omittit articulum.

g) πονικώτατος. Vid. Lobeck. Parerga ad Phrynich. p. 520.

h) τὸν ἀριθμὸν γὰρ ὑπὲρ πέντε καὶ ἑπτακόσιά ἐστιν. Stephan. ἃ τὸν ἀριθμὸν —. quod expressit Ambrosius, qui omittit ὑπέρ.

i) ἔν τινι τῶν συγγραμμάτων. „In libris forte περὶ παθῶν." Valckenarius Diatrib. Euripid. p. 29. A.

Equidem alias vir sum fortunatus,
praeterquam in Cleanthem: in hoc felix non sum.

Adeo autem in dialectica insignis fuit tantaeque apud omnes aestimationis, ut plerique dicerent, si apud deos usus esset dialecticae, non futuram aliam quam Chrysippeam. Caeterum quum esset rerum fecundissimus, non usque adeo dictione clarus fuit. Laborisque patientissimus ultra omnes fuit, quod ex eius voluminibus constat: sunt enim numero plura quam quinque et septingenta. Ea vero tam multa conscripsit, quod de eadem re saepe scribere aggrederetur et quodcunque incideret mandaret literis ac saepe emendaret magnaque testimoniorum nube uteretur. Adeo vero id in consuetudine habuit, ut quum in quibusdam opusculis Euripidis Medeam totam inseruisset et quidam habens librum in manibus interrogaretur quidnam haberet, Chrysippi, diceret, Medeam. Apollodorus quoque Atheniensis in Collectione dogmatum, quum vellet asserere quae Epicu-

Digitized by Google

δυνάμει γεγραμμένα καὶ ἀπαράθετα k) ὄντα μυρίῳ πλείω ἐστὶ τῶν Χρυσίππου βιβλίων, φησὶν οὕτως αὐτῇ τῇ λέξει· „Εἰ γάρ τις ἀφέλοι τῶν Χρυσίππου βιβλίων l) ὅσ' ἀλλότρια παρατέθειται, κενὸς αὐτῷ ὁ χάρτης καταλελείψεται." καὶ ταῦτα μὲν Ἀπολλόδωρος. ἡ δὲ παρεδρεύουσα πρεσβῦτις m) αὐτῷ, ὥς φησι Διοκλῆς, ἔλεγεν ὡς πεντακοσίους γράφει στίχους ἡμερησίους. Ἑκάτων δέ φησιν ἐλθεῖν αὐτὸν ἐπὶ φιλοσοφίαν, τῆς οὐσίας αὐτοῦ τῆς πατρῴας εἰς τὸ βασιλικὸν n) ἀναληφθείσης. Ἦν δὲ καὶ τὸ σωμάτιον εὐτελής, ὡς IV. 182.
δῆλον ἐκ τοῦ ἀνδριάντος τοῦ ἐν Κεραμεικῷ, ὃς σχεδόν τι ὑποκέκρυπται τῷ πλησίον ἵππει· ὅθεν αὐτὸν ὁ Καρνεάδης Κρύψιππον o) ἔλεγεν. οὗτος ὀνειδισθεὶς ὑπό τινος ὅτι οὐχὶ παρὰ Ἀρίστωνι μετὰ πολλῶν σχολάζοι p), „Εἰ τοῖς πολλοῖς," εἶπε, „προσεῖχον, οὐκ ἂν ἐφιλοσόφησα." πρὸς δὲ τὸν κατεξανιστάμενον Κλεάνθους διαλεκτικὸν καὶ προτείνοντα αὐτῷ

k) ἀπαράθετα. Edit. Froben. et Stephan. εὐπαράθετα.

l) φησὶν οὕτως — τῶν Χρυσίππου βιβλίων. Edit. Froben. omittit. Aldobrandinus αὐτῇ τῇ λέξει interpretatur *totidem verbis*.

m) ἡ — πρεσβῦτις. Stephan. ἡ — πρεσβύτης.

n) εἰς τὸ βασιλικόν. Male interpretes *in regium usum*, quod bene correxit Meibomius. Vid. Valckenarius ad Herodotum p. 177. b. ed. Wesseling.

o) Κρύψιππον. Menag. Χρύψιππον. Ambrosius *chrysippum*. Κρύψιππον praeter edit. Froben. et Stephan. (Stephan. qua Menagius usus est Χρύψιππον) praebet Aldobrandinus et R probavitque Menagius.

p) σχολάζοι. Stephan. σχολάζει.

rus viribus suis fretus conscripsisset absque cuiuspiam adminiculo, esse incomparabiliter plura quam Chrysippi opera, sic ad verbum dixit: *Nam si quis tollat de Chrysippi libris quae aliena sunt adscripta, vacua illi charta relinquetur.* Ita Apollodorus. Caeterum anus quaedam quae illi assidebat, auctore Diocle, dicebat quingentos illum versus quotidie scribere solitum. Hecato autem venisse eum ad philosophiam dixit, quum illius patrimonium in regium fiscum invectum esset. Erat autem imbecillo tenuique corpusculo, ut ex eius imagine quae in Ceramico est videre licet, quae ferme proximo equite occultur: quocirca illum Carneades Κρύψιππον vocabat. Ei quum probro daretur quod apud Aristonem cum plurimis non se exerceret, Equidem, inquit, si inter plurimos intenderem, nunquam philosopharer. Ad dialecticum Cleanthi imminentem eique callidas conclusiun-

Digitized by Google

σοφίσματα, „Πέπαυσο," εἶπε, „παρέλκων τὸν πρεσβύτερον ἀπὸ τῶν πραγματικωτέρων, ἡμῖν δὲ τοῖς νέοις ταῦτα πρόπιθι." πάλιν δὲ ἐπεί τις ζητῶν καταμόνας αὐτῷ διελέγετο εὐκαθῶς, ἐπεὶ δὴ θεωρῶν προϊόντα ὄχλον ἤρχετο φιλονεικεῖν, ἔφη,

Οἵμοι, κασίγνητ', ὄμμα σὸν ταράσσεται·
ταχὺς δὲ μετέθου λύσσαν ἀρτίως φρενῶν r).

183. ἐν μέντοι ταῖς οἰνώσεσιν ἡσύχαζε παραφερόμενος τοῖς σκέλεσιν, ὥστ' εἰπεῖν τὴν δεύλην, „Χρυσίππου μόνα τὰ σκέλη μεθύει." οὕτω δ' ἦν φρονηματίας ὥστ' ἐρομένου τινὸς „Τίνι συνήσω τὸν υἱόν;" εἰπεῖν, „Ἐμοί· εἰ γὰρ ὑπελάμβανον εἶναί τινα ἐμοῦ βελτίονα, παρ' αὐτῷ ἂν ἐγὼ ἐφιλοσόφουν." ὅθεν φασὶν s) ἐπ' αὐτοῦ λεχθῆναι,

Οἷος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι t)·

καὶ,

Εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν στοά.

VI. εἶτα δὲ Ἀρκεσιλάῳ καὶ Λακύδῃ, καθά φησι Σωτίων ἐν τῷ

q) δέ. Edit. Froben. omittit.
r) Οἵμοι — ἀρτίως φρενῶν. Versus sunt Euripidis Orest. 247. et 248. ed. Porson., ubi quod legebatur ἄρτι σωφρονῶν ex Diogene emendavit Porsonus.
s) φασίν. Edit. Froben. omittit.
t) Οἷος — ἀΐσσουσι. Versus est Homeri Odyss. *K.* 495., ubi est οἷῳ πεπνῦσθαι.

enlas tendentem, Desine, inquit, grandem natu a gravibus rebus abducere; nobis autem iunioribus ista propone. Rursus illum quidam seorsum nescio quid quaerens modeste alloquebatur, ubi vero conspexit accedentem turbam, contendere coeperat: ad quem ille,

Aspectus hei, mi frater, turbatur tuus;
At tu furorem pone, recte ut sentias.

In potationibus autem agebat quietem, crura tamen agitans, ita ut ancilla diceret Chrysippi sola inebriari crura. Adeo autem alta de se sentiebat, ut quum rogaretur a quodam cui commendaret filium, diceret, Mihi: nam si quempiam me potiorem putarem, ipse apud eum philosophiae darem operam. Unde de ipso dictum esse aiunt,

Hic solus sapit, ast alii velut umbra feruntur:

et,

Nisi Chrysippus fuisset, porticus non esset.

Tandem vero Arcesilao et Lacyde, ut Sotion in octavo ait,

Digitized by Google

ὀγδόῳ, παραγενομένοις u) ἐν Ἀκαδημίᾳ συνεφιλοσόφησε· δὲ 184.
ἦν αἰτίαν καὶ κατὰ τῆς συνηθείας καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ἐπεχεί-
ρησεx), καὶ περὶ μεγεθῶν καὶ πληθῶν τῇ τῶν Ἀκαδημαϊκῶν
συστάσειy) χρησάμενος. Τοῦτον ἐν τῷ Ὠιδείῳz) σχολάζοντά VII.
φησιν Ἕρμιππος ἐπὶ θυσίαν ὑπὸ τῶν μαθητῶν κληθῆναι·
ἔνθα προσενεγκάμενον γλυκὺν ἄκρατον καὶ ἐλιγγιάσαντα πέμ-
πταῖον ἀπελθεῖν ἐξ ἀνθρώπωνa), τρία καὶ ἑβδομήκοντα
βιώσαντα ἔτη, κατὰ τὴν τρίτην καὶ τετταρακοστὴν καὶ ἑκα-
τοστὴν Ὀλυμπιάδαb), καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς.
καί ἐστιν ἡμῶν εἰς αὐτόν·

Ἐλιγγιάσαςc) Βάκχου ἐκπιὼν χανδὸν Χρύσιππος,
οὐδ' ἐφείσατο οὐ τῆς στοᾶςd), οὐδ' ἧς πάτραςe),

u) παραγενομένοις. Kuehnius corr. παραγενόμενος.

x) ἐπεχείρησε. Edit. Froben. et Menag. οἷον ἐπεχείρησε. Omittunt οἷον praeter Stephan. codd. RRR et Arund. cum interpretibus. Rossius l. l. §. LIII. p. 159. coni. ὅμοιον, similiter.

y) συστάσει. Ante Meibomium legebatur στάσει. Ambrosius *argumentis*. Aldobrandinus *contentione*. Quod dedi commendant codd. RRR et Florent.. Codd. Stephani ἐνστάσει, quod tacite adoptavit Meibomius.

z) ἐν τῷ Ὠιδείῳ. Ambrosius *in cantandi ludo*. Aldobrandinus *in canentium choro*.

a) ἐξ ἀνθρώπων. Edit. Froben. omittit.

b) τρία καὶ ἑβδομήκοντα — Ὀλυμπιάδα. Edit. Froben. et Stephan. βιώσαντα ἔτη κατὰ τὴν τρίτην καὶ τετταρακοστὴν ὀλυμπιάδα τρία καὶ ἑβδομήκοντα. Quod ante Meibomium deerat καὶ ἑκατοστήν, agnoscit Ambrosius et Suidas.

c) Ἐλιγγίασε. Stephan. Ἐλιγγίαται. Vid. Iacobs. Anthol. Gr. VII. 706. Salmasius apud Menagium ita distinguebat hos versus: Ἐλιγγίασε βάκχου ἐκπιὼν χανδὸν | Χρύσιππος, οὐδ' ἐφείσατ' | οὐ τῆς στοᾶς, οὐδ' ἧς πάτρης, οὐ τῆς ψυχῆς· | ἀλλ' ἦλθε δῶμ' ἐς ᾅδου.

d) οὐδ' ἐφείσατο οὐ τῆς στοᾶς. Legebatur οὐδ' ἐφείσατ' οὐδὲ τῆς στοᾶς. Emendavi ex Anthologia.

e) οὐδ' ἧς πάτρας. Scribebatur οὐδ' ἧς πάτρης. Correxi ex Anthologia. Iacobsius coni. οὐ τῆς πάτρας.

in Academiam advenientibus se ad philosophandum conjunxit: quam ob causam et contra consuetudinem et pro ipsa disseruit, et de magnitudinibus ac multitudinibus Academicorum argumentis utens. Hunc in Odeo philosophantem Hermippus ait a discipulis ad sacrificium vocatum fuisse ibique quum oblatum dulce merum hausisset, vertigine fatigari coepisse atque ita demum quinto die defunctum esse, quum septuaginta et tres vixisset annos, Olympiade, ut ait Apollodorus in Chronicis, centesima quadragesima tertia. Et in hunc est nostrum epigramma:

Vertigo cepit, quum bibisset affatim,
Chrysippum, et haudquaquam suam vel porticum

Digitized by Google

οὐ τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἦλθε δῶμ' ἐς Ἄϊδεω.

185. ἔνιοι δέ φασι γέλωτι συσχεθέντα αὐτὸν τελευτῆσαι· ὄνου γὰρ τὰ σῦκα αὐτῷ φαγόντος, εἰπόντα τῇ γραῖ διδοῦναι ἄκρατον
VIII. ἐπιρροφῆσαι τῷ ὄνῳ, ὑπερκαγχάσανταf) τελευτῆσαι. Δοκεῖ δὲ ὑπερόπτης τις γεγονέναι. τοσαῦτα γοῦν συγγράψας οὐδενὶ τῶν βασιλέων προσπεφώνηκεg). ἠρκεῖτό τε γραϊδίῳ μόνῳ, καθὰ καὶ Δημήτριος ἐν Ὁμωνύμοις φησί. Πτολεμαίου τε πρὸς Κλεάνθην ἐπιστείλαντος ἢ αὐτὸν ἐλθεῖν ἢ πέμψαι τινά,
IX. Σφαῖρος μὲν ἀπῆλθε, Χρύσιππος δὲ περιεῖδε. μεταπεμψάμενος δὲ τοὺς τῆς ἀδελφῆς υἱεῖς, Ἀριστοκρέοντα καὶ Φιλοκράτην, συνεκρότησεh). καὶ πρῶτος ἐθάρρησε σχολὴν ἔχειν ὕπαιθρον ἐν Λυκείῳ, καθάπερ ὁ προειρημένος Δημήτριος
X. ἱστορεῖ. Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος Χρύσιππος Κνίδιοςi) ἰατρός,
186. παρ' οὗ φησιν Ἐρασίστρατος k) πολλὰ l) ὠφελῆσθαι· καὶ ἕτερος υἱὸς τούτου, ἰατρὸς Πτολεμαίου, ὃς διαβληθεὶς περι-

f) ὑπερκαγχάσαντα. Stephan. καὶ ὑπερκαγχάσαντα.
g) οὐδενὶ τῶν βασιλέων προσπεφώνηκεν. Ambrosius: *regum neminem nunquam laudaverit.* Aldobrandinus: *nullum ex his ad regem quempiam misit.*
h) συνεκρότησε. Ambrosius cum sequentibus coniuncta interpretatur, *coactis discipulis primus ausus est* —. Aldobrandinus: *simul conspiravit.*
i) Κνίδιος. Interpretes *Gnidius.*
k) Ἐρασίστρατος. Edit. Froben. αὖτος ἐρασίστρατος. Ambrosius *Herasistratus.*
l) πολλά. Edit. Froben. et Stephan. cum cod. Arund. τὰ μάλιστα. Fortasse Diogenes scripsit τὰ πολλά, cuius interpretamentum sit μάλιστα.

curavit aut se aut patriam, sed inferos subivit.

Sunt qui dicant risu effusum exspirasse: nam quum ei asinus manducaret ficus, aniculae dixisse vinum asino sorbendum daret, nimioque risu detentum exhalasse animam. Videtur autem aspernator immodice fuisse, quod quum tam multa scripserit, nulli unquam regi quicquam dedicaverit. Sola autem anicula contentus erat, ut etiam Demetrius in Aequivocis ait. Denique quum Ptolemaeus Cleanthem literis orasset ut vel ipse ad eum pergeret vel quempiam ex suis mitteret, Sphaerus quidem profectus est, Chrysippus autem renuit. Accersitos autem sororis filios, Aristocreontem et Philocratem instituit erudivitque. Item primus ausus est sub dio scholam in Lyceo habere, ut praedictus Demetrius scripsit. Fuit autem et alius Chrysippus Cnidius medicus, a quo Erasistratus testatur multa didicisse; alterque huius filius, Ptolemaei medicus, qui calumniam passus flagris cae-

Digitized by Google

ἠχθη, καὶ μαστιγούμενος ἐκολάσθη· ἄλλος μαθητὴς Ἐρασιστράτου m) καὶ τις Γεωργικὰ γεγραφὼς n). Ὁ δὴ φιλόσοφος καὶ τοιούτους τινὰς ἠρώτα λόγους· Ὁ λέγων τοῖς ἀμυήτοις τὰ μυστήρια, ἀσεβεῖ· ὁ ἱεροφάντης τοῖς ἀμυήτοις λέγει· ἀσεβεῖ ἄρα ὁ ἱεροφάντης o). ἄλλο p)· Ὃ οὐκ ἔστιν ἐν τῇ πόλει, οὐδ' ἐν τῇ οἰκίᾳ q)· οὐκ ἔστι δὲ φρέαρ ἐν τῇ πόλει· οὐδ' ἄρα ἐν τῇ οἰκίᾳ. ἄλλο· Ἔστι τις κεφαλή· ἐκείνην δὲ οὐκ ἔχεις· ἔστι δέ γέ τις κεφαλὴ ἣν οὐκ ἔχεις· οὐκ ἄρα ἔχεις κεφαλήν r). ἄλλο· Εἴ τίς ἐστιν ἐν Μεγάροις· οὐκ ἔστιν ἐν Ἀθήναις s)· ἄνθρωπος δέ ἐστιν ἐν Μεγάροις, οὐκ ἄρα ἐστὶν ἄνθρωπος ἐν Ἀθήναις. καὶ πάλιν· Εἴ τι λαλεῖς, τοῦτο διὰ τοῦ στόματός σου t) διέρχεται· ἅμαξαν δὲ λαλεῖς· ἅμαξα ἄρα διὰ τοῦ στόματός σου διέρχεται. καὶ· Εἴ τι οὐκ ἀπέβαλες, XI. 187.

m) Ἐρασιστράτου. Ambrosius *Herasistrati.*

n) καί τις Γεωργικὰ γεγραφώς. Ambrosius: *Quartusque poeta georgicorum scriptor.*

o) ἀσεβεῖ ἄρα ὁ ἱεροφάντης. Scribebatur ἀσεβεῖ ἄρ' ὁ ἱεροφάντης. Menag. ἀσεβεῖ ἄρ' ὁ δέ γε ἱεροφάντης.

p) ἄλλο. Apud Ambrosium sequitur hoc: *Item est quoddam caput* etc.

q) Ὃ οὐκ ἔστιν ἐν τῇ πόλει, οὐδ' ἐν τῇ οἰκίᾳ. Edit. Froben. ὃ ἐστιν ἐν τῇ πόλει, τοῦτο καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ. quod expresserunt interpretes. Menag. Ὃ ἐστιν ἐν τῇ πόλει, τοῦτο ἐν τῇ οἰκίᾳ. Servavi lectionem Stephani cum Menagio.

r) Ἔστι τις κεφαλή· — κεφαλήν. Edit. Froben. * ἔστι δέ γε τις κεφαλή. οὐκ ἄρα ἔχεις κεφαλήν. Stephan. ἔστι τις κεφαλή· ἐκείνην δὲ οὐκ ἔχεις· οὐκ ἄρα ἔχεις κεφαλήν. Menag. Ἔστι τις κεφαλή· ἐκείνην δὲ οὐκ ἔχεις· ἔστι δέ γε τὶς κεφαλή, οὐκ ἄρα ἔχεις κεφαλήν. Id expresserunt interpretes. Quod omittebatur ἣν οὐκ ἔχεις, addidi ex Suida cum Menagio.

s) οὐκ ἔστιν ἐν Ἀθήναις. Menag. οὐκ ἔστιν γὰρ Ἀθήναις.

t) διὰ τοῦ στόματός σου. Menag. cum Suida σοῦ διὰ τοῦ στόματος.

sus ac supplicio affectus est; alius item Erasistrati discipulus quartusque Georgicorum scriptor. Porro hic ipse philosophus quibusdam in hunc modum interrogatiunculis uti solebat: Qui mysteria profanis dicit, impius est: dicit autem mysteria profanis hierophanta: est ergo impius hierophanta. Item: Quod non est in urbe, id nec in domo est: non est autem puteus in urbe: nec in domo igitur. Aliud: Est quoddam caput: id autem non habes: est autem caput aliquod quod non habes: non ergo habes caput. Aliud: Qui Megaris est, Athenis non est: est autem homo Megaris: non igitur est homo Athenis. Aliud: Quod loqueris, id per os tuum transit: currum autem loqueris: currus ergo per os tuum transit. Item: Si quid non amisisti, hoc habes: cor-

Digitized by Google

τοῦτο ἔχεις· κέρατα δὲ οὐκ ἀπέβαλες· κέρατα ἄρα ἔχεις. οἱ
XII. δὲ Εὐβουλίδου τοῦτό φασιν. Εἰσὶ δὲ οἳ κατατρέχουσι τοῦ Χρυσίππου ὡς πολλὰ αἰσχρῶς καὶ ἀρρήτως ἀναγεγραφότος. ἐν μὲν γὰρ τῷ περὶ τῶν ἀρχαίων φυσιολόγων συγγράμματι αἰσχρῶς τὰ περὶ τὴν Ἥραν καὶ τὸν Δία ἀναπλάττει, λέγων κατὰ τοὺς ἑξακοσίους στίχους ἃ μηδεὶς ἠυχηκὼς μολύνειν
188. τὸ στόμα εἴποι ἄν. αἰσχροτάτην γάρ, φασί, ταύτην ἀναπλάττει ἱστορίαν, εἰ καὶ ἐπαινεῖι) ὡς φυσικήν, χαμαιτύπαις x) μᾶλλον πρέπουσαν ἢ θεοῖς, ἔτι τε καὶ παρὰ τοῖς περὶ πινάκων γράψασιν οὐ κατακεχωρισμένην y)· μήτε γὰρ παρὰ Πολέμωνι μήτε παρ' Ὑψικράτει, ἀλλὰ μηδὲ παρ' Ἀντιγόνῳ εἶναι, ὑπ' αὐτοῦ δὲ z) πεπλάσθαι. ἐν δὲ τῷ περὶ πολιτείας καὶ μητράσι λέγει συνέρχεσθαι καὶ θυγατράσι καὶ υἱοῖς a)· τὰ δ' αὐτὰ φησι καὶ ἐν τῷ περὶ τῶν μὴ δι' ἑαυτὰ αἱρετῶν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ b) περὶ δικαίου

n) εἰ καὶ ἐπαινεῖ. Casaubonus coni. ἢν καὶ ἐπαινεῖ.

x) χαμαιτύπαις. Ambrosius *lustris*.

y) ἔτι τε καὶ — κατακεχωρισμένην. Legebatur ἔτι τε τὰ παρὰ τοῖς περὶ πινάκων γράψασι κατακεχωρισμένην. Edit. Froben. ἔτι τε τὰ παρὰ τοῖς πινάκων κατακεχωρισμένην. Emendavit Casaubonus. Confirmare videntur interpretes. Ambrosius enim: *praeterea et quae apud eos qui de tabulis vel pugillaribus scripserunt separata*. Aldobrandinus: *et praeterea ab his qui de tabulis scripserunt, valde semotam*. Similiter Kuehnius coni. οὔτε — κατακεχωρισμένην. Caeterum πίνακες tabulae sunt pictorum, non, ut voluit Casaubonus, indices librorum. Vid. Menagius ad h. l. vol. II. p. 340. b. et Kuehnius p. 533. a. ed. Meibom.

z) δέ. Ambrosius non expressit.

a) υἱοῖς. Valckenarius ad Theocriti Adoniaz. v. 77. p. 371. coni. υἱοῦς. Kuehnius subiici volebat ἀδιάφορον εἶναι. Frustra uterque.

b) ἐν δὲ τῷ τρίτῳ. Scribebatur ἐν δὲ τῷ γ'.

nua autem non amisisti: habes ergo cornua. Alii Eubulidis hoc esse aiunt. Non desunt qui et Chrysippum lacerent, dicentes illum complura turpiter obsceneque scripsisse. Nam in eo opere, quod de antiquis physiologis scripsit foeda de Iunone fingit ac Iove, ea dicens sexcentis fere versibus quae nemo nisi illoto ore dixisset. Turpissimam enim, aiunt, hanc fingit historiam, etsi ut naturalem laudat, scortis magis convenientem quam diis, praeterea et apud eos qui de tabulis scripserunt non commemoratam: neque enim apud Polemonem neque apud Hypsicratem esse, sed ne apud Antigonum quidem, verum ab illo ficta esse. In libro autem de republica matribus congredi concedit et filiabus et filiis: eadem in libro de his quae per se ipsa non sunt appetenda statim in principio loquitur. In tertio autem de iusto mille

Digitized by Google

κατὰ τοὺς χιλίους στίχους c) καὶ τοὺς ἀποθανόντας κατεσθίειν κελεύων d). ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ περὶ βίου καὶ πορισμοῦ προνοεῖν λέγων e) ὅπως ποριστέον τῷ σοφῷ· „Καίτοι τίνος χάριν 189.
ποριστέον αὐτῷ f); εἰ μὲν γὰρ τοῦ ζῆν ἕνεκεν, ἀδιάφορον τὸ ζῆν· εἰ δὲ ἡδονῆς, καὶ αὕτη ἀδιάφορος· εἰ δὲ τῆς ἀρετῆς, αὐτάρκης αὕτη πρὸς εὐδαιμονίαν. καταγέλαστοι δὲ καὶ οἱ τρόποι τοῦ πορισμοῦ, οἷον οἱ g) ἀπὸ βασιλέως· εἶκειν γὰρ αὐτῷ h) δεήσει. καὶ οἱ ἀπὸ φιλίας· λήμματος γὰρ ὤνιος ἡ φιλία ἔσται. καὶ οἱ ἀπὸ σοφίας· μισθαρνήσει γὰρ ἡ σοφία." καὶ ταῦτα μὲν ἐγκαλεῖται. Ἐπεὶ δὲ ἐνδοξότατα βιβλία ἐστὶν αὐτῷ, ἔδοξέ μοι καὶ τὴν πρὸς εἴδος ἀναγραφὴν αὐτῶν ἐνταῦθα καταχωρίσαι. καὶ ἔστι τάδε· Λογικοῦ τόπου· Θέσεις, Λογικὰ καὶ τῶν τοῦ φιλοσόφου σκεμμάτων, Ὅρων διαλεκτικῶν πρὸς Μητρόδωρον ς' i), περὶ τῶν κατὰ τὴν διαλεκτικὴν ὀνομάτων πρὸς Ζήνωνα α' k), Τέχνη δια- 190.

c) *κατὰ τοὺς χιλίους στίχους.* Ambrosius *ad mille versus.*
d) *κελεύων.* Aldobrandinus *iubet.*
e) *λέγων.* Aldobrandinus *dicit.*
f) *„Καίτοι τίνος χάριν ποριστέον αὐτῷ;* Edit. Froben. et Stephan. *καίτοι τίνος χάριν ποριστέον αὐτῷ.* Ambrosius cum praecedentibus iungit: — *et cuius rei gratia sectandus.*
g) *οἱ.* Edit. Froben. et cod. Arund. omittunt.
h) *αὐτῷ.* Edit. Froben. et Stephan. *αὐτόν.*
i) *Θέσεις — πρὸς Μητρόδωρον ς'.* Non omnino sana sunt. Ambrosius *καὶ* omittit. Fortasse legendum *Θέσεις λογικαὶ α', τῶν τοῦ φιλοσόφου σκεμμάτων* *, ut excidisse putetur numerus. Similiter infra §. 199. laudantur *Θέσεις ἠθικαὶ α'.* Codd. Palat. et Florent. *ε'* pro *ς'.*
k) *περὶ τῶν κατὰ τὴν διαλεκτικὴν ὀνομάτων πρὸς Ζήνωνα α'.* Edit.

versibus defunctos etiam vorare iubet. In secundo autem de vita et quaestu providere dicit quo pacto sapienti quaestus sectandus sit: *Atqui cuius rei gratia sectandus ei quaestus erit? Nam si quidem ut vivat, vivere indifferens est; quod si ut fruatur voluptate, et ipsa indifferens est; si autem virtutis causa, sufficit ipsa ad beatam vitam. Sunt autem perridiculi et quaestus huiuscemodi: quippe si a rege suppeditentur, cedendum illi erit necessario; si autem ab amicitia proficiscantur, venalis et quaestuosa erit amicitia; sin vero a sapientia, mercenaria erit sapientia.* Atque ista quidem sunt illius crimina. Quoniam vero clarissimi sunt illius libri, visum mihi est in hoc loco eos per species distinctos enumerare. - Sunt autem isti: Logici loci: Theses, Logica et philosophi contemplationum, Terminorum dialecticorum ad Metrodorum sex, de iis quae sunt in dialectica nominibus ad Zenonem unus, Ars dialectica ad Aristagoram

Digitized by Google

λεκτικὴ πρὸς Ἀριστάρχου α', Συνημμένων πιθανῶν πρὸς Διοσκουρίδην δ' l). λογικοῦ τόπου τοῦ περὶ τὰ πράγματα σύνταξις πρώτη· περὶ ἀξιωμάτων α', περὶ τῶν οὐχ ἁπλῶν ἀξιωμάτων α', περὶ τοῦ συμπεπλεγμένου πρὸς Ἀθηνάδην α' β', περὶ ἀποφαντικῶν m) πρὸς Ἀριστάγορον γ', περὶ τῶν κατηγορευτικῶν n) πρὸς Ἀθηνόδωρον α', περὶ τῶν κατὰ στέρησιν λεγομένων πρὸς Θέαρον α' o), περὶ τῶν ἀρίστων ἀξιωμάτων πρὸς Δίωνα p) α' β' γ', περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν ἀορίστων α' β' γ' δ', περὶ τῶν κατὰ χρόνους λεγομένων α' β', περὶ συντελικῶν ἀξιωμάτων β'. σύνταξις δευτέρα· περὶ ἀληθοῦς διεζευγμένου πρὸς Γοργιππίδην α' q), περὶ ἀληθοῦς συνημ-
191. μένου πρὸς Γοργιππίδην α' β' γ' δ' r), Αἵρεσις πρὸς Γοργιππίδην α' s), πρὸς τὸ περὶ ἀκολούθων α', περὶ τοῦ διὰ

Froben. et Stephan. omittunt τήν. Ambrosius: *de his quae sunt in dialectica nominibus adversus Zenonem, id est, ars dialectica ad Aristogaram unum.*

l) Συνημμένων πιθανῶν πρὸς Διοσκουρίδην δ'. Codd. Palat. et Florent. γ'.

m) περὶ ἀποφαντικῶν. Cod. Arund. περὶ ἀποφατικῶν, quod expressit Ambrosius *de his quae negantur.*

n) περὶ τῶν κατηγορευτικῶν. Ambrosius *de praedicabilibus.*

o) περὶ τῶν κατὰ στέρησιν λεγομένων πρὸς Θέαρον α'. Legebatur περὶ τῶν κατὰ στέρησιν λεγομένων β', πρὸς Θέαρον α'. Edit. Froben. περὶ τῶν κατὰ στέρησιν λεγομένων β', omissis quae sequuntur usque ad περὶ συντελικῶν ἀξιωμάτων β'. Quod deleto numero β' unum effeci titulum, confirmant codd. Palat. et Florent. atque interpretes. Caeterum Ambrosius interpretatur *ad theatrum.*

p) πρὸς Δίωνα. Menag. πρὸς Δίον, quod expressit Aldobrandinus. Illud probatum Menagio praeter Stephan. praebet cod. Palat. cum Ambrosio.

q) περὶ ἀληθοῦς διεζευγμένου πρὸς Γοργιππίδην α'. Edit. Froben. et codd. Arund. δ'.

r) περὶ ἀληθοῦς συνημμένου πρὸς Γοργιππίδην α' β' γ' δ'. Edit. Froben. omittit.

s) Αἵρεσις πρὸς Γοργιππίδην α'. Edit. Froben. et Stephan. cum cod.

unus, Coniunctorum probabilium ad Dioscoridem quattuor. Logici loci eius qui circa res est ordo primus: de pronunciatis unus, de non simplicibus pronunciatis unus, de complicato vel connexo ad Athenadem duo, de enuntiationibus ad Aristagoram tres, de demonstrativis ad Athenodorum unus, de iis quae dicuntur per privationem ad Thearum unus, de optimis pronunciatis ad Dionem tres, de differentia indefinitorum quattuor, de iis quae secundum tempora dicuntur duo, de perfectis pronunciatis duo. Ordo secundus: de vero disiuncto ad Gorgippidem unus, de vero coniuncto ad Gorgippidem quattuor, Secta ad Gorgippidem unus, ad id quod de consequentibus est unus, de eo quod est per tria

Digitized by Google

τριῶν πάλιν πρὸς Γοργιππίδην α' ε), περὶ δυνατῶν πρὸς Κλεῖτον δ' υ), πρὸς τὸ περὶ σημασιῶν Φίλωνος α', περὶ τοῦ τίνα ἐστὶ τὰ ψευδῆ α'. σύνταξις τρίτη x)· περὶ προσταγμάτων β', περὶ ἐρωτήσεως β' γ), περὶ πεύσεως δ' z), Ἐπιτομὴ περὶ ἐρωτήσεως καὶ πεύσεως α' a), περὶ ἀποκρίσεως δ' b), Ἐπιτομὴ περὶ ἀποκρίσεως α' c), περὶ ζητήσεως β' d). σύνταξις τετάρτη· περὶ τῶν κατηγορημάτων πρὸς Μητρόδωρον ι' e), περὶ ὀρθῶν καὶ ὑπτίων πρὸς Φίλαρχον α' f), περὶ τῶν συναμμάτων πρὸς Ἀπολλωνίδην α' g), πρὸς Πάσυλον περὶ κατηγορημάτων δ' h). σύνταξις πέμπτη· περὶ τῶν πέντε πτώσεων 192.

no similem esse. Primus hic atomos principia subiecit. Summatim ista illi visa sunt, sed sunt explicanda per partes. Universum quidem, ut diximus, infinitum ait: huius partem plenam esse, partem inanem. Etiam elementa ait mundosque ex eis infinitos esse et in illa dilabi atque dissolvi. Gigni vero mundos in hunc modum: ferri per abscissionem ex infinito multa corpora figuris omnigena in magnum vacuum eaque in unum coacta unam vertiginem efficere, cuius impetu impacta modisque omnibus circumvoluta ita discerni, ut seorsum similia quae sunt sui similia petant. Caeterum aequilibra quum ob multitudinem minime iam circumferri possint, exilia quidem ad exterius vacuum contendere, quasi prosilientia; caetera considere et innexa atque in se implicata invicem concurrere atque ea concursione prius quandam concretionem efficere rotundam. Hanc autem veluti mem-

Digitized by Google

χοντα ἐν ἑαυτῷ παντοῖα q) σώματα· ὧν κατὰ τὴν τοῦ μέσου ἀντέρεισιν r) περιδινουμένων, λεπτὸν γίνεσθαι s) τὸν περιέχοντα t) ὑμένα, συρρεόντων ἀεὶ τῶν συνεχῶν κατ' ἐπίψαυσιν τῆς δίνης. καὶ οὕτω γενέσθαι τὴν γῆν, συμμενόντων τῶν ἐνεχθέντων ἐπὶ τὸ μέσον. αὐτόν τε πάλιν τὸν περιέχοντα οἷον ὑμένα αὔξεσθαι κατὰ τὴν ἐπέκρυσιν u) τῶν ἔξωθεν σωμάτων· δίνη τε x) φερόμενον αὐτὸν ὧν ἂν ἐπιψαύσῃ, ταῦτα ἐπιστᾶσθαι. τούτων δέ τινα συμπλεκόμενα παιεῖν σύστημα· τὸ μὲν πρῶτον κάθυγρον καὶ πηλῶδες y), ξηρανθέντα καὶ z) περιφερόμενα σὺν τῇ τοῦ ὅλου δίνῃ· εἶτ' ἐκπυρωθέντα a) τὴν τῶν ἀστέρων ἀποτελέσαι φύσιν. εἶναι δὲ τὸν τοῦ ἡλίου 33.
κύκλον ἐξώτατον, τὸν δὲ τῆς σελήνης προσγειότατον, τοὺς δὲ τῶν ἄλλων μεταξὺ τούτων b). καὶ πάντα μὲν τὰ ἄστρα

q) παντοῖα. Hesychius Milesius p. 34. ed. Orell. πάντα.
r) κατὰ τὴν τοῦ μέσου ἀντέρεισιν. Aldobrandinus *obtinente medio*.
s) γίνεσθαι. Hesychius Milesius p. 34. ed. Orell. γενέσθαι.
t) πέριξ. Edit. Froben. πέρι.
u) κατὰ τὴν ἐπέκρυσιν. Menagius affert lectionem ἐπέκρισιν, quum omnes quas vidi editiones tuentur ἐπέκρυσιν, id quod confirmat cod. R. Ambrosius *iuxta — effluentiam*. Aldobrandinus *incursu*. Hesychius Milesius p. 34. et 36. ed. Orell. κατὰ τὴν ἐπικράτησιν. Kuehnius coni. κατὰ τὴν ἐπέκρισιν. Vid. Lobeck. Parerga ad Phrynich. p. 727.
x) τε. Menag. omittit. Agnoscunt editt. Froben. et Stephan., cod. Arund., interpretes atque Hesychius Milesius p. 36. ed. Orell..
y) πηλῶδες. Hesychius Milesius p. 36. ed. Orell. σπιλῶδες.
z) ξηρανθέντα καί. Menag. et Hesychius Milesius p. 36. ed. Orell. ξηρανθέντα δὲ καί. Omittunt δὲ edit. Froben. et Stephan, cod. Arund. atque interpretes.
a) ἐκπυρωθέντα. Stephan. ἐκπηρωθέντα. Illud praebent Edit. Froben. et Menag., codd. RRR, interpretes atque Hesychius Milesius p. 36. ed. Orell..
b) τοὺς δὲ τῶν ἄλλων μεταξὺ τούτων. Edit. Froben. τῶν ἄλλων με-

branam subsistere, continentem in se omnigena corpora, quae dum secundum medii reluctationem circumvolvuntur, tenuem quae circa est membranulam fieri, confluentibus semper corporibus perpetuis secundum vertiginis attactum: atque ita fieri terram, commanentibus quae semel in medium iniecta erant. Ipsumque rursus continentem membranae instar augeri secundum externorum influentiam corporum: et quum vertigine fertur, quaecunque attigerit ea acquirere. Ex his quaedam complicata concretionem facere, primo quidem humidam ac luteam, exsiccata et circumacta cum totius vertigine; deinde incensa et ignita siderum efficere naturam. Esse autem solis circulum extimum, lunae vero terrae proximum, caeteris in medio horum positis. Ac sidera quidem omnia ob celeritatem motus ignescere,

Digitized by Google

διὰ τὸ τάχος τῆς φορᾶς, τὸν δὲ ἥλιον ὑπὸ τῶν ἀστέρων ἐκπυροῦσθαι c)· τὴν δὲ σελήνην τοῦ πυρὸς ὀλίγον μεταλαμβάνειν d). ἐκλείπειν δὲ ἥλιον καὶ σελήνην, * τῷ κεκλίσθαι τὴν γῆν πρὸς μεσημβρίαν e)· τὰ δὲ πρὸς ἄρκτον f) ἀεί τε νίφεσθαι καὶ κατάψυχρα εἶναι καὶ πήγνυσθαι. καὶ τὸν μὲν ἥλιον g) ἐκλείπειν σπανίως, τὴν δὲ σελήνην συνεχῶς h), διὰ τὸ ἀνίσους εἶναι τοὺς κύκλους αὐτῶν. εἶναί τε ὥςπερ γενέσεις i) κόσμου, οὕτω καὶ αὐξήσεις καὶ φθίσεις καὶ φθοράς k), κατά τινα ἀνάγκην, ἣν ὁποία ἐστὶν οὐ διασαφεῖ l).

ταξὺ τούτων. Hesychius Milesius p. 36. ed. Orell. τῶν ἄλλων μεταξὺ τούτων ὄντων Similiter Ambrosius *caeteris in medio istorum locatis*, et Aldobrandinus *aliis inter hos mediis interiectis*.

c) καὶ πάντα μὲν τὰ ἄστρα — ἐκπυροῦσθαι. Edit. Froben. καὶ πάντα μὲν ἄστρα, ἐκπυροῦσθαι. Cod. Arund. καὶ πάντα μὲν τὰ ἄστρα ἐκπυροῦσθαι. Hesychius Milesius p. 36. ed. Orell. καὶ πάντα μὲν τὰ ἄστρα πυροῦσθαι διὰ τὸ τάχος τῆς φορᾶς, τὸν δὲ ἥλιον καὶ ὑπὸ τῶν ἀστέρων ἐκπυροῦσθαι.

d) τὴν δὲ σελήνην τοῦ πυρὸς ὀλίγον μεταλαμβάνειν. Ambrosius: *lunam solummodo ignis parum ad concionem* (? *communionem*) *admitti*. Hesychius Milesius p. 36. ed. Orell. τὴν δὲ σελήνην ὀλίγον τοῦ πυρὸς μεταλαμβάνειν.

e) ἐκλείπειν δὲ — πρὸς μεσημβρίαν. Indicavi lacunam. Deesse aliquid vidit Ioannes Conradus Orellius ad Hesychium Milesium p. 158. collato loco Plutarchi de Placitis philoss. III. 12. Idem coni. ἐκλείπειν δὲ ἥλιον καὶ σελήνην . . . . . θέρος δὲ γίγνεσθαι τῷ κεκλίσθαι τὴν γῆν πρὸς μεσημβρίαν. Cod. Arund. μεσημβρίην.

f) πρὸς ἄρκτον. Cod. Arund. et Hesychius Milesius p. 36. ed. Orell. πρὸς ἄρκτῳ.

g) καὶ τὸν μὲν ἥλιον. Hesychius Milesius p. 36. ed. Orell. τὸν ἥλιον.

h) συνεχῶς. Ambrosius: *perpetuis incrementis ac detrimentis affici*.

i) γενέσεις. Ambrosius *generatio*.

k) φθίσεις καὶ φθοράς. Edit. Froben. φύσεις. Hesychius Milesius p. 36. ed. Orell. omittit καὶ φθοράς.

l) ἣν ὁποία ἐστὶν οὐ διασαφεῖ. Edit. Froben. ἣν ὁποῖα ἐστὶ, διασαφεῖ. Menag. ἣν ὁπόια ἐστὶν διασαφεῖ. Idem habet Hesychius Milesius p. 36. ed. Orell. expresseruntque interpretes. Quod dedi praestat Stephan. commendavitque Menagius collato loco Origenis Philosoph. c. 12. τίς δ' ἂν εἴη ἡ ἀνάγκη, οὐ διώρισεν. et Kuehnius.

solem vero inflammari a sideribus, lunam autem exiguam ignis partem capere. Solem lunamque deficere * quod terra ad meridiem vergat; quae ad septentrionem sunt nivibus semper urgeri et pruinis algere in glaciemque concrescere. Ac solem quidem raro deficere, lunam vero perpetuo, quod sint impares eorum circuli. Enimvero ut generationes mundi, ita et incrementa esse et diminutiones et corruptiones secundum quandam necessitatem, quae cuiusmodi sit non declarat.

Digitized by Google

CAPUT VII.

ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ.

Δημόκριτος Ἡγησιστράτου, οἱ δὲ Ἀθηνοκρίτου, τινὲς Δα- I. 34.
μασίππου Ἀβδηρίτης a) ἢ, ὡς ἔνιοι, Μιλήσιος. οὗτος II.
Μάγων τινῶν διήκουσε καὶ Χαλδαίων, Ξέρξου τοῦ βασιλέως
ἐπισατάτας τῷ πατρὶ αὐτοῦ καταλιπόντος, ἡνίκα ἐξενίσθη
παρ' αὐτῷ b), καθά φησι καὶ Ἡρόδοτος c)· παρ' ὧν τά τε
περὶ θεολογίας καὶ ἀστρολογίας ἔμαθεν ἔτι παῖς ὤν. ὕστερον
δὲ Λευκίππῳ παρέβαλε καὶ Ἀναξαγόρᾳ κατά τινας, ἔτεσιν
ὢν αὐτοῦ νεώτερος τετταράκοντα d). Φαβωρῖνος δέ φησιν ἐν
παντοδαπῇ ἱστορίᾳ λέγειν Δημόκριτον περὶ Ἀναξαγόρου ὡς
οὐκ εἴησαν αὐτοῦ αἱ δόξαι αἵ τε περὶ ἡλίου καὶ σελήνης,
ἀλλὰ ἀρχαῖαι, τὸν δὲ ὑφηρῆσθαι· διασύρειν τε e) αὐτοῦ τὰ 35.

a) Ἀβδηρίτης. Ante Meibomium scribebatur Ἀϋδηρίτης. Interpretes *Abderites.*
b) παρ' αὐτῷ. Legebatur παρ' αὐτοῦ. Correxit Rossius l. l. §. LXVIIII. p. 197.
c) Ἡρόδοτος. Valckenarius ad Herodotum p. 805. a. ed. Wesseling. coni. Μητρόδωρος.
d) τετταράκοντα. Ambrosius XXX.
e) διασύρειν τε. Ambrosius *derogasse item his.*

DEMOCRITUS.

Democritus Hegesistrati sive secundum alios Athenocriti vel, ut alii tradunt, Damasippi filius Abderites sive, ut nonnulli putant, Milesius fuit. Magos autem quosdam et Chaldaeos audivit, Xerxe rege patri illius praeceptores, quo tempore apud illum hospitatus est, relinquente, ut etiam refert Herodotus: a quibus et theologiam et astrologiam didicit, quum adhuc puer esset. Postmodum vero Leucippum convenit et secundum quosdam Anaxagoram, quum annis quadraginta iunior quam ille esset. Refert Phavorinus in omnimoda historia Democritum de Anaxagora dixisse, non illius esse quas scripserit de sole ac luna opiniones, verum illo antiquiores ipsumque sibi eas furatum

Digitized by Google

περὶ τῆς διακοσμήσεως καὶ τοῦ νοῦ, ἐχθρῶς ἔχοντα πρὸς αὐτὸν ὅτι δὴ μὴ προσήκατο αὐτόν f). πῶς οὖν κατά τινας g) ἀκήκοεν αὐτοῦ; φησὶ δὲ Δημήτριος ἐν Ὁμωνύμοις καὶ Ἀντισθένης ἐν Διαδοχαῖς ἀποδημῆσαι αὐτὸν καὶ εἰς Αἴγυπτον πρὸς τοὺς ἱερέας γεωμετρίαν μαθησόμενον καὶ πρὸς Χαλδαίους καὶ εἰς τὴν Περσίδα h) καὶ εἰς τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν γενέσθαι. τοῖς τε Γυμνοσοφισταῖς φασί τινες συμμῖξαι
III. αὐτὸν ἐν Ἰνδίᾳ καὶ εἰς Αἰθιοπίαν ἐλθεῖν. τρίτον τε ὄντα ἀδελφὸν νείμασθαι τὴν οὐσίαν· καὶ οἱ μὲν πλείους φασὶ i) τὴν ἐλάττω μοῖραν ἑλέσθαι τὴν ἐν ἀργυρίῳ, χρείαν ἔχοντα κατ' ἀποδημίαν k), τοῦτο κἀκείνων δόλιως ὑποπτευσάντων.
36. ὁ δὲ Δημήτριος ὑπὲρ ἑκατὸν τάλαντά φησιν εἶναι αὐτῷ τὸ
IV. μέρος, ἅπαντα δὲ καταναλῶσαι l). λέγει δὲ ὅτι τοσοῦτον ἦν φιλόπονος ὥςτε τοῦ περιοίκου δωμάτιόν τι ἀποτεμόμενος

f) ὅτι δὴ μὴ προσήκατο αὐτόν. Haec cum sequentibus coniungens Ambrosius sic interpretatur: *Cum ergo illum improbarit quo pacto ille eius auditor fuit?*

g) κατά τινας. Edit. Froben. κατά τινος. Ambrosius omittit. Caeterum Rossius l. l. §. LXX. p 197. et seq. ab aliena manu addita censet.

h) καὶ πρὸς Χαλδαίους καὶ εἰς τὴν Περσίδα. Legebatur καὶ πρὸς Χαλδαίους εἰς τὴν Περσίδα. Inserui καὶ ex emendatione Perizonii ad Aeliani Var. Hist. IV. 20. T. I. p. 376. ed. Abr. Gronov.

i) καὶ οἱ μὲν πλείους φασί. Ambrosius omittit.

k) κατ' ἀποδημίαν. Cod. Cantabr. ἐπ' ἀποδημίαν.

l) ἅπαντα δὲ καταναλῶσαι. Ambrosius: *eumque illa brevi consumpsisse.*

esse: carpere item quae ille de mundi compositione et mente dixisset, infesto adversus illum animo, quod scilicet ipsum non recepisset. Quo pacto igitur ille secundum quosdam eius auditor fuit? Demetrius autem in Aequivocis et Antisthenes in Successionibus tradunt illum in Aegyptum contendisse ad sacerdotes geometriam accepturum, et ad Chaldaeos et in Persidem atque ad rubrum mare. Non defuere qui dicerent et Gymnosophistis in India congressum esse atque in Aethiopiam venisse. Quumque tertius esset frater, divisisse patrimonium: ac plerique dicunt minorem portionem, quae erat in pecunia, sibi elegisse, qua illi peregre proficiscenti opus erat, hoc ipsum fratribus quoque dolo factum arbitrantibus. Demetrius ipsius partem centum talenta excessisse auctor est, ea autem omnia consumpsisse. Ait vero adeo studiosum fuisse, ut horti domum cingentis sibi cellulam seligeret ibique se ipsum includeret:

Digitized by Google

κατάκλειστος ἦν m). καί ποτε τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πρὸς θυσίαν βοῦν ἀγαγόντος καὶ αὐτόθι προσδήσαντος, ἱκανὸν χρόνον μὴ γνῶναι, ἕως αὐτὸν ἐκεῖνος n) διαναστήσας προφάσει τῆς θυσίας καὶ τὰ περὶ τὸν βοῦν διηγήσατο. δοκεῖ δέ, φησί, V.
καὶ o) Ἀθήναζε ἐλθεῖν καὶ μὴ σπουδάσαι γνωσθῆναι, δόξης καταφρονῶν· καὶ εἰδέναι μὲν Σωκράτην, ἀγνοεῖσθαι δὲ ὑπ' αὐτοῦ· „Ἦλθον γάρ," φησίν, „εἰς Ἀθήνας καὶ οὔτις με ἔγνωκεν." „Εἴπερ οἱ Ἀντερασταὶ Πλάτωνός εἰσι," φησὶ 37.
Θρασύλος, „οὗτος ἂν εἴη ὁ παραγενόμενος ἀνώνυμος, τῶν περὶ Οἰνοπίδην καὶ Ἀναξαγόραν ἕτερος, ἐν τῇ πρὸς Σωκράτην ὁμιλίᾳ διαλεγόμενος περὶ φιλοσοφίας, ᾧ, φησίν, ὡς πεντάθλῳ ἔοικεν ὁ φιλόσοφος p)." καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς ἐν

m) ὥστε τοῦ περικήπου δωμάτιόν τι ἀποτεμόμενος κατάκλειστος ἦν. Cod. Cantabr. περικῆπον δομωτίου. Ambrosius: *ut ex vicina hortulo sibi cellulam seligeret* etc.. Aldobrandinus: *ut secreta sibi a vicinis hortis aedicula quadam, in eam se includeret.* Rossius l. l. §. LXXI. p. 198. coni. τὸ περίκηπον δωμάτιόν τι vel τοῦ περικήπου δωματίου τι, hoc sensu, *ut sibi cellulam quamdam horto cinctam segregans, in eam se includeret.*

n) ἐκεῖνος. Edit. Froben. et Stephan. omittunt. Agnoscit Menag. expresserunt que interpretes.

o) καί. Ambrosius non expressit.

p) „Εἴπερ οἱ Ἀντερασταὶ — ἔοικεν ὁ φιλόσοφος." Primum scribebatur Θράσυλλος. Ambrosius *thrasylus.* Conf. III. 1. et 56. Deinde edit. Froben. et Menag. Ἀναξαγόρας, quod expressit Aldobrandinus. Denique edit. Froben. ᾧ φησιν ὁ φιλόσοφος ὡς πεντάθλῳ ἔοικε. Stephan. ᾧ (φησίν) ὁ φιλόσοφος ὡς πεντάθλῳ ἔοικε. quod expressit Ambrosius. Menag. (et Meibom.) ᾧ (φησίν) ὡς πεντάθλῳ ἔοικε ὁ φιλόσοφος. Cod. Arund. ὦ (φησὶν ὁ φιλόσοφος) ὡς π. ἔοικε ; Ambrosius: *Siquidem platonis illic rivales sunt, ait thrasylus, hic profecto obscurus ac sine nomine venisset, qui de oenopidis et anaxagorae esset familia: cum alter in collocutione socratem de philosophia alloquatur: cui et dixit philosophum quinque certaminum victori esse similem.* Aldobrandinus: *Quodsi,*

et quum aliquando ipsius pater bovem ad immolandum adduxisset ibique alligasset, tam diu hoc ab illo non fuisse cognitum, quoad hunc ille sacrificii obtentu excitavit ac bovis admonuit. *Constat*, inquit, *illum Athenas quoque venisse atque ob despectum gloriae agnosci noluisse: et quum agnovisset Socratem, ipsum a Socrate fuisse ignoratum. Veni enim Athenas, inquit, et me nemo cognovit. Siquidem Anterastae Platonis sunt*, ait Thrasylus, *hic esse videtur ille qui non nominatus aderat, diversus ab asseclis Oenopidis et Anaxagorae, in colloquio cum Socrate disserens de philosophia, cui dicit Socrates pentathlo similem esse philosophum.* Et erat revera in philosophia quinque certaminum

Digitized by Google

φιλοσοφίᾳ πένταθλος q)· ἤσκητο γὰρ τὰ φυσικὰ r) καὶ τὰ ἠθικά, ἀλλὰ καὶ τὰ μαθηματικὰ καὶ τοὺς ἐγκυκλίους λόγους καὶ περὶ τεχνῶν πᾶσαν εἶχεν ἐμπειρίαν. τούτου ἐστὶ καὶ τὸ Λόγος ἔργου σκιή. Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογίᾳ μηδὲ ἐλθεῖν φησιν αὐτὸν εἰς Ἀθήνας. τοῦτο δὲ καὶ s) μεῖζον, εἴγε τοσαύτης πόλεως ὑπερεφρόνησεν, οὐκ ἐκ τόπου δόξαν λαβεῖν βουλόμενος, ἀλλὰ τόπῳ δόξαν
VI. περιθεῖναι προελόμενος. ἦλον δὲ καὶ τῶν συγγραμμάτων
38. οἷος ἦν. Δοκεῖ δέ, φησὶν ὁ Θρασύλος t), ζηλωτὴς γεγονέναι καὶ u) τῶν Πυθαγορικῶν· ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ Πυθαγόρου μέμνηται, θαυμάζων αὐτὸν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ συγγράμματι x). πάντα δὲ δοκεῖ y) παρὰ τούτου λαβεῖν καὶ αὐτοῦ δ' ἂν ἀκηκοέναι, εἰ μὴ τὰ τῶν χρόνων ἐμάχετο. πάντως μέντοι

Thrasyllus inquit, rivales Platonis sunt, iste ipse ille non nominatus fuerit, qui cum Oenopide advenit, et alter Anaxagoras, qui in eo sermone, quem habet cum Socrate de philosophia, disserit, cui, inquit, ut pentathlo similis philosophus videbatur. Vid. Plato p. 132. D. ed. Henr. Stephan..

q) πένταθλος. Cod. Cantabr. *πεντάθλος.*

r) ἤσκητο γὰρ τὰ φυσικά. Legebatur *τὰ γὰρ φυσικά.* Addidi verbum ex Suida s. v. *πένταθλος* cum Casaubono, probatum Menagio, Petro Fabro Agonistt. l. 30. et Vossio Dissert. de gymnastica sect. 78.

s) καί. Edit. Froben. omittit.

t) Θρασύλος. Scribebatur *Θράσυλλος.* Ambrosius *thrasylus.*

u) καί. Edit. Froben. et Menag. cum Aldobrandino omittunt. Agnoscit Stephan. expressitque Ambrosius.

x) θαυμάζων αὐτὸν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ συγγράμματι. Haec sequentibus iuncta Aldobrandinus sic interpretatur: (*quinetiam de ipso Pythagora mentionem facit,*) *ut quoniam in libro eiusdem inscriptionis sic admiratur omnia ab eo accepisse, atque ipsum quoque nisi temporum ratio pugnaret, audivisse videatur.*

y) δοκεῖ. Legebatur δοκεῖν. Correxit Casaubonus cum Menagio confirmatque Ambrosius, qui interpretatur *cernitur.*

victor: ornabat enim et naturalia et moralia, verum etiam mathematica et liberales disciplinas artiumque omnem peritiam callebat. Huius illud est, Sermo operis umbra. Porro Demetrius Phalereus in Socratis Defensione ne venisse quidem illum Athenas ait. Id autem profecto etiam maius est, siquidem tantam contempsit civitatem, non ex loco gloriam aucupari volens, verum loco gloriam afferre. Constat autem vel ex scriptis eius cuiusmodi fuerit. Videtur autem, ut ait Thrasylus, et Pythagoreorum fuisse imitator: quin etiam ipsius Pythagorae meminit, illum singulari admiratione venerans in aequivoco opere. Adeo autem videtur ab illo accepisse omnia, ut nisi temporum ratio obstaret, illum

Digitized by Google

τῶν Πυθαγορικῶν τινος z) ἀκοῦσαί φησιν αὐτὸν Γλαῦκος ὁ Ῥηγῖνος, κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους αὐτῷ γεγονώς. φησὶ δὲ καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Κυζικηνὸς Φιλολάῳ αὐτὸν συγγεγονέναι a). ἤσκει δέ, φησὶν ὁ Ἀντισθένης, καὶ ποικίλως δοκιμάζειν τὰς φαντασίας, ἐρημάζων ἐνίοτε καὶ τοῖς τάφοις ἐνδιατρίβων. ἐλθόντα δέ φησιν αὐτὸν ἐκ τῆς ἀποδημίας VII. 39. ταπεινότατα διάγειν, ἅτε πᾶσαν τὴν οὐσίαν καταναλωκότα· τρέφεσθαί τε διὰ τὴν ἀπορίαν ὑπὸ b) τἀδελφοῦ Δαμάσου. ὡς δὲ προειπών τινα τῶν μελλόντων εὐδοκίμησε, λοιπὸν ἐνθέου δόξης παρὰ τοῖς πλείστοις c) ἠξιώθη. νόμου δὲ ὄντος τὸν ἀναλώσαντα d) τὴν πατρῴαν οὐσίαν μὴ ἀξιοῦσθαι ταφῆς e) ἐν τῇ πατρίδι, φησὶν ὁ Ἀντισθένης συνέντα, μὴ ὑπεύθυνος γενηθείη πρός τινων φθονούντων καὶ συκοφαντούντων, ἀναγνῶναι αὐτοῖς τὸν μέγαν Διάκοσμον, ὃς ἁπάντων τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων f) προέχει· καὶ πεντακοσίοις ταλάντοις τιμηθῆναι· μὴ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ χαλκαῖς εἰκόσι· καὶ τελευ-

z) τινος. Edit. Froben. et Stephan. τινας. Illud tuetur Menag. cum interpretibus.
a) Φιλολάῳ αὐτὸν συγγεγονέναι. Ambrosius: *philolao illum in notitiam venisse illoque familiariter usum fuisse.*
b) ὑπό. Edit. Froben. et cod. Cantabr. ἀπό.
c) παρὰ τοῖς πλείστοις. Edit. Froben. παρὰ πλείστους.
d) ἀναλώσαντα. Cod. Cantabr. ἀλώσαντα.
e) ταφῆς. Edit. Froben. omittit.
f) τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων. Edit. Froben. τῶν αὐτοῦ τῶν συγγραμμάτων.

et audisse putaretur. Pythagoreorum quempiam audisse Glaucus Rheginus ipsius aequalis indubitanter affirmat. Refert autem et Apollodorus Cyzicenus Philolao illum aequalem fuisse. Curabat autem, ut ait Antisthenes, etiam varie probare imaginationes, saepe solitarius vivens atque etiam in sepulcris degens. Reducem ex peregrinatione humillime vixisse ait, quippe qui omnem rem suam consumpserat: atque a Damaso fratre propter summam inopiam nutritum fuisse. Ubi vero futura quaedam praedixerat, sequensque rerum eventus fidem praedictionibus fecerat, divinis iam honoribus dignus a plerisque iudicatus est. Quum vero lege cautum esset, ut qui patrimonium consumpserat, sepulcro patrio non dignaretur, eo cognito, ut ait Antisthenes, ne invidorum et detrahentium pateret calumniae, legisse illis constat magnum Diacosmum, quod cunctis illius operibus facile excellit: quingentisque talentis honoratum esse, neque id solum, verum et aereis imaginibus: vitaque

Digitized by Google

τήσαντα αὐτὸν δημοσίᾳ ταφῆναι, βιώσαντα ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν
40. ἔτη. ὁ δὲ Δημήτριος τοὺς συγγενεῖς g) αὐτοῦ φησιν ἀνα-
γνῶναι τὸν μέγαν Διάκοσμον h), ὃν μόνον ἑκατὸν ταλάντων
VIII. τιμηθῆναι i). ταῦτα δὲ k) καὶ Ἱππόβοτός φησιν. Ἀριστόξε-
νος δ' ἐν τοῖς ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν l) φησι Πλάτωνα θε-
λῆσαι συμφλέξαι m) τὰ Δημοκρίτου συγγράμματα, ὁπόσα
ἠδυνήθη οὖν συναγαγεῖν n)· Ἀμύκλαν δὲ καὶ Κλεινίαν τοὺς
Πυθαγορικοὺς κωλῦσαι αὐτόν, ὡς οὐδὲν ὄφελος· παρὰ πολ-
λοῖς o) γὰρ εἶναι τὰ βιβλία ἤδη. καὶ δῆλον δέ· πάντων
γὰρ p) σχεδὸν τῶν ἀρχαίων μεμνημένος ὁ Πλάτων οὐδαμοῦ
Δημοκρίτου διαμνημονεύει, ἀλλ' οὐδὲ ἔνθα ἀντειπεῖν τι
αὐτῷ q) δέοι, δῆλον εἰδὼς ὡς πρὸς τὸν ἄριστον οὕτω τῶν

g) τοὺς *συγγενεῖς*. Edit. Froben. τοὺς *συγγενέας*.

h) τὸν *μέγαν Διάκοσμον*. Ambrosius *magnum illud opus*.

i) ὃν *μόνον ἑκατὸν ταλάντων τιμηθῆναι*. Edit. Froben. et cod. Arund. καὶ *μόνον*, quod expressit Ambrosius *solisque centum talentis fuisse honoratos*.

k) *δέ*. Edit. Froben. omittit.

l) *ἐν τοῖς ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι*. Cod. Palat. *ἐν τοῖς φυσικοῖς ὑπομν.*, quod expressit Ambrosius. Vulgatum tuetur Menagius.

m) *συμφλέξαι*. Menag. *συμπλέξαι*. Illud praeter reliquas editiones et interpretes tuetur etiam cod. Arund..

n) *ὁπόσα ἠδυνήθη οὖν συναγαγεῖν*. Addidi *οὖν* ex Menagiana. Ambrosius: *quaeque colligere potuit*. Aldobrandinus: *quaecunque quidem cogere potuisset*.

o) *παρὰ πολλοῖς*. Ambrosius *apud plerosque*.

p) *καὶ δῆλον δέ· πάντων γάρ*. Luzacius Lectt. Atticc. p. 242. et seqq. corr. *καὶ δηλονότι πάντων γε*.

q) *ἀντειπεῖν τι αὐτῷ*. Edit. Froben. *ἀντιπίπτειν αὐτῷ*. Idem etiam Galenus affert in variantibus lectionibus.

functum publice sepultum esse, quum vixisset ultra centum annos. Caeterum Demetrius propinquos eius magnum Diacosmum recitasse refert, quem solis centum talentis fuisse honoratum. Haec et Hippobotus ait. Porro Aristoxenus in historicis commentariis, Platonem Democriti commentaria, quotcunque colligere potuisset, voluisse comburere, verum ab Amycla et Clinia Pythagoricis fuisse prohibitum, nihil id referre dicentibus: iam enim eos libros apud multos servari. Quod item ex eo colligitur, quod quum antiquos ferme omnes memoraverit sapientes Plato, Democriti nusquam mentionem ullam fecerit, ne in eis quidem locis ubi illi quidpiam contradicendum erat, sciens et prudens, ut

Digitized by Google

φιλοσόφων ἐρίσοιτο r)· ὃν γε καὶ Τίμων τοῦτον ἐπαινέσας τὸν τρόπον ἔχει·

Οἷον Δημόκριτόν τε περίφρονα, ποιμένα μύθων,
ἀμφίνοον λέσχην, ἃ μετὰ πρώτοισιν ἀνέγνων.

IX. 41. Γέγονε δὲ τοῖς χρόνοις, ὡς αὐτός φησιν ἐν τῷ μικρῷ Διακόσμῳ, νέος κατὰ πρεσβύτην Ἀναξαγόραν, ἔτεσιν αὐτοῦ νεώτερος τετταράκοντα. συντετάχθαι δέ φησι s) τὸν μικρὸν Διάκοσμον ἔτεσιν ὕστερον τῆς Ἰλίου ἁλώσεως τριάκοντα καὶ ἑπτακοσίοις. γεγόνοι δ' ἄν, ὡς μὲν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα· ὡς δὲ Θρασύλος t) ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Τὰ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων u), κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἑβδόμης καὶ ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος x), ἐνιαυτῷ, φησίy), πρεσβύτερος

r) δῆλον εἰδὼς — ἐρίσοιτο. Legebatur δῆλον εἰδὼς — ἔσοιτο. Aldobrandinus: *ipse sibi conscius, qualis in optimum philosophorum fuerit.* Casaubonus auctoritate Ambrosii coni. δῆλον εἰδὼς — ἔσοιτο ὁ ἀγών, quod probavit Menagius; Kuehnius δῆλον εἰδὼς ὡς πρὸς τὸν ἄριστον τῶν φιλοσόφων οὕτω ἐρίσοιτο, hoc sensu, *nempe gnarus quod philosophorum optimo ita contradiceret.* Rossius l. l. §. LXXII. p. 199. supra reponebat post verba τὰ βιβλία ἤδη, hoc modo: καὶ δῆλον δὲ (δ') ὡς πρὸς τὸν ἄριστον οὕτω τῶν φιλοσόφων ἔσοιτο. πάντων γὰρ etc.. Emendavit Luzacius l. l..

s) φησι. Aldobrandinus *ferunt.*

t) Θρασύλος. Scribebatur Θράσυλλος. Ambrosius *thrasylus.*

u) Τὰ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων. Stephan. περὶ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων. quod expressit Ambrosius *de legendis democriti libris.*

x) κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἑβδόμης καὶ ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. Ambrosius simpliciter interpretatur *LXXVII.*, reliquis omissis.

y) φησί. Interpretes omittunt.

intelligi datur, ne contra optimum philosophorum certamen inisse videretur: quem et Timon laudat, quum ait:

Qualem Democritumque prudentem, imperatorem sermonum,
versutum sermocinatorem, quae in primis lectitavi.

Erat autem, ut ipse in parvo Diacosmo refert, inuenis quo tempore iam senior vivebat Anaxagoras, illo minor natu annis quadraginta. Parvum vero illum Diacosmum a se compositum refert anno post Troiae excidium septingentesimo trigesimo. Fuerit vero, ut ait Apollodorus in Chronicis, Olympiade octogesima; ut autem Thrasylus in eo libro qui inscribitur de iis quae legenda sunt ante lectionem librorum Democriti, memorat, anno tertio septuagesimae septimae Olympiadis, anno maior natu quam Socrates. Fue-

Digitized by Google

ὧν Σωκράτους. εἴη ἂν οὖν κατὰ Ἀρχέλαον τὸν Ἀναξαγόρου μαθητὴν καὶ τοὺς περὶ Οἰνοπίδην z)· καὶ γὰρ τούτου
42. μέμνηται. μέμνηται δὲ a) καὶ τῆς περὶ τοῦ ἑνὸς δόξης b) τῶν περὶ Παρμενίδην καὶ Ζήνωνα, ὡς κατ' αὐτὸν μάλιστα διαβεβοημένων c), καὶ Πρωταγόρα τοῦ Ἀβδηρίτου d), ὃς ὁμολο-
X. γεῖται κατὰ Σωκράτην γεγονέναι. φησὶ δὲ Ἀθηνόδωρος ἐν ὀγδόῃ Περιπάτων e), ἐλθόντος Ἱπποκράτους πρὸς αὐτόν f), κελεῦσαι g) κομισθῆναι γάλα· καὶ θεασάμενον τὸ γάλα εἰπεῖν εἶναι αἰγὸς h) πρωτοτόκου· καὶ μελαίνης· ὅθεν τὴν ἀκρίβειαν αὐτοῦ θαυμάσαι τὸν Ἱπποκράτην. ἀλλὰ καὶ κόρης ἀκολουθούσης τῷ Ἱπποκράτει, τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ ἀσπάσασθαι

z) *εἴη ἂν οὖν — Οἰνοπίδην.* Haec cum superioribus coniungens Ambrosius sic interpretatur: *aetate s.* (i. e. *scilicet*) *archelai anaxagorae discipuli atque oenopicie* (i. e. *Oenopidae*).

a) *μέμνηται δέ.* Edit. Froben. omittit. Aldobrandinus: *De hoc enim, deque Parmenidis ac Zenonis — mentionem facit.*

b) *τῆς περὶ τοῦ ἑνὸς δόξης.* Legebatur *περὶ τῆς τοῦ ἑνὸς δόξης.* Correxit Casaubonus expresseruntque interpretes.

c) *ὡς κατ' αὐτὸν μάλιστα διαβεβοημένων.* Ambrosius: (*De uno*) *ut maxime sua aetate claro.* Aldobrandinus: (*deque Parmenidis ac Zenonis de uno sententia,*) *perinde atque illorum, quorum aetate sua celebratum nomen esset.*

d) *τοῦ Ἀβδηρίτου.* Ante Meibomium scribebatur *τοῦ Ἀδηρίτου.* Interpretes *Abderite.*

e) *ἐν ὀγδόῃ Περιπάτων.* Scribebatur *ἐν ᾗ Περιπάτων.* Illud legitur V. 36. et VI. 81.

f) *ἐλθόντος Ἱπποκράτους πρὸς αὐτόν.* Hemsterhusius ad Luciani Halcyon. c. 8. T. I. p. 183. ed. Reitz.: „Suidas in *Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης* aliud ostendit, *ἐλθόντα Ἱπποκράτην πρὸς Δημόκριτον.* quod quo minus in Diogene conspiciatur, librariorum imperitiae deberi non dubito.“

g) *κελεῦσαι.* Edit. Froben. et cod. Arund. omittunt.

h) *εἶναι αἰγός.* Ante Meibomium legebatur *καὶ αἰγός.* Correxit Casaubonus ex Suida confirmantque interpretes. Vulgatum tuetur Menagius.

rit igitur aetate Archelai Anaxagorae discipuli atque Oenopidae: namque et huius mentionem facit. Meminit item et opinionis Parmenidis ac Zenonis de uno, ut maxime sua aetate clarorum; item Abderitae Protagorae, qui omnium consensu Socratis aequalis fuit. Refert autem Athenodorus in octavo Deambulationum libro, quum ad illum Hippocrates venisset, iussisse eum afferri lac, inspectoque lacte dixisse, Et capellae primi partus et nigrae est: unde maximum diligentiae suae miraculum Hippocrati fecisse. Sed et puellam Hippocratis comitem primo die ita salutasse, Salve

Digitized by Google

τὴν βασιλείαν τοῖς ἐξ Εὐρυδίκης περιοῦσιν παισὶ τοῦ δὲ οὐ πεισθέντος, ἀλλὰ παραδόντος τὸ διάδημα τῇ ἐκ Βερενίκης f), μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἀξιωθῆναι πρὸς νεύτου παραφυλάττεσθαι ἐν τῇ χώρᾳ μέχρι τε δόξειε περὶ αὐτοῦ ἐνταῦθα ἀθυμότερον διῆγε· καί πως ὑπνώττων ὑπ' ἀσπίδος τὴν χεῖρα δηχθεὶς τὸν βίον μετέθηκε καὶ θάπτεται ἐν τῷ Βουσιρίτῃ νομῷ πλησίον Διοσπόλεως. καὶ αὐτῷ ἐπεγράψαμεν ἡμεῖς g)· 79.

Ἔκτεινεν ἀσπὶς τὸν σοφὸν Δημήτριον
ἰὸν ἔχουσα πολύν
ἄπυρκτον, οὐ στίλβουσα φῶς ἀπ' ὀμμάτων
ἀλλ' εἰδὴν μέλαινα h).

Ἡρακλείδης δ' ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Σωτίωνος Διαδοχῶν τῷ Φιλαδέλφῳ τὴν βασιλείαν θέλειν ἐκχωρῆσαι τὸν Πτολεμαῖον· τὸν δ' ἀποκρίνειν φάσκοντα, „Ἂν ἄλλῳ δῷς, σὺ οὐχ ἕξεις." ὀνείδιζε δ' ἐσυκοφαντεῖτο ἐν ταῖς Ἀθήναις — μανθάνω γὰρ καὶ τοῦτο — Μένανδρος ὁ κωμικὸς παρ' ὀλίγον ἦλθε κριθῆναι δι' οὐδὲν ἄλλο ἢ ὅτι φίλος ἦν αὐτῷ· ἀλλ' αὐτὸν παρῆ- 80.

f) *Βερενίκης*. Edit. Froben. *βερενίκης*.
g) *καὶ αὐτῷ ἐπιγράψαμεν ἡμεῖς*. Edit. Froben. *κ. αὐτ. ἐπ. ἡμεῖς. παρ' ἡμῶν* —. Stephan. *κ. αὐτ. ἐπ. ἡμεῖς. Παρ' ἡμῖν* —. extrema ut hic et illic versibus addita legantur: Menag. *κ. αὐτ. ἐπ. ἡμεῖς (παρ' ἡμῖν)*, extra versus. Delevi *παρ' ἡμῖν* cum Scaligero Menagioque.
h) *Ἔκτεινεν — μέλαινα*. V. Iacobs. Anthol. Gr. VII. 113.

rat, impertiretur regnum. Illo non obtemperante, sed ei quem ex Berenice genuerat diadema tradente, ab hoc ipso post patris mortem fuisse asservatum in provincia, quoad aliquid de illo statuisset. Hic ille moestior vixit: ac veluti dormitans ab aspide manum morsus ex vita migravit: sepultusque est in Busirite regione prope Diospolin. Ei quoque nos fecimus epigramma in hunc modum:

Occidit aspis sapientem Demetrium
virus habens multum
non purgatum, non flammam ex oculis coruscans,
sed atros inferos.

Porro Heraclides in Epitome Successionum Sotionis Ptolemaeum ait Philadelpho concedere voluisse regnum, illumque prohibuisse dicendo, Si alteri dederis, ipse non habebis. Quum vero accusatur Athenis Menander comicus — nam et hoc audio — parum abfuit quin capitis exciperet sententiam, ob aliud nihil nisi quod amicus huius esset. Purgavit autem

Digitized by Google

IX. νήσαδε. Τελεσφόρου δ' ἀκούσεως τοῦ i) Δημητρίου. Πάσας δὲ βυβλίων καὶ ἀριθμῷ ἀπείρων ἀρδὴν ἄπασιν παρελήλυθε τοὺς καθ' αὑτὸν περιπατητικοὺς εὐπαιδίᾳ ὢν καὶ σοφίᾳ πολὺ παρ' ἐκείνοις. ὧν ἐστι τὰ μὲν ἠθικά, τὰ δὲ πολιτικά, τὰ δὲ περὶ ποιητῶν, τὰ δὲ ῥητορικά, δημηγοριῶν τε καὶ πρεσβειῶν, ἄλλα μὲν καὶ λόγων Αἰσωπείων συναγωγαί καὶ ἄλλα πλείω. ἔστι δὲ ταῦτα περὶ τῆς Μιλησίων συνθέσεως α' β' γ' δ' ε', περὶ τῶν Ἀθήνησι πολιτευσαμένων β', περὶ ἀληθείας α' β', περὶ πολιτικῆς α' β', περὶ νόμων α', περὶ ῥητορικῆς α' β',
81. Στρατηγικῶν α' β', περὶ Ἰλιάδος α' β', περὶ Ὀδυσσείας α' β' γ' δ', Πτολεμαῖος α', Ἐρωτικὸς α', Φαιδώνδας α', Μαίδων α', Κλέων α', Σωκράτης α' l), Ἀρταξέρξης α', Ὁμήρικος α', Ἀριστείδης α', Ἀριστόμαχος α', Ἱπποθρεπτικὸς α', ὑπὲρ τῆς πολιτείας α', περὶ τῆς δεκατείας α', περὶ τῶν Ἰώνων α', Προτρεπτικὸς α', περὶ πίστεως α', περὶ χάριτος α', περὶ τύχης α', περὶ μεγαλοψυχίας α', περὶ γάμου α', περὶ τοῦ δοκεῖν α' m), περὶ εἰρήνης α', περὶ νόμων α', περὶ ἐπιτηδευμάτων α', περὶ καιροῦ α', Διονύσιος α', Χαλκιδικὸς α', Ἀθηναίων καταδρο-

i) τοῦ. Edit. Froben. omittit.
k) καί. Edit. Froben. omittit.
l) Σωκράτης α'. Post haec in edit. Froben. et Stephan. sequitur Ἀριστόμαχος α'.
m) περὶ τοῦ δοκοῦ α'. Menagius corr. περὶ τοῦ δόκου α'. Vid. Schaefer. ad Scholl. Paris. Apollon. Rhod. II, 1088. p. 206.

eum Telesphorus Demetrii gener. Verum et librorum multitudine ac versuum numero omnes ferme sui temporis Peripateticos superavit doctissimus atque peritissimus omnium. Sunt autem ipsius monumenta partim historica, partim politica, poetica alia, alia rhetorica, concionum ac legationum, sed et orationum Aesopiarum collectiones et complura alia. Sunt autem de legibus Atheniensium libri quinque, de civibus Atheniensibus duo, de ratione ducendi populum duo, de republica duo, de legibus unus, de rhetorica duo, de re militari duo, de Iliade duo, de Odyssea quattuor, Ptolemaeus unus, Amatorius unus, Phaedondas unus, Maedon unus, Cleon unus, Socrates unus, Artaxerxes unus, Homericus unus, Aristides unus, Aristomachus unus, Exhortatorius unus, pro republica unus, de decennio imperii unus, de Ionibus unus, de legatione unus, de fide unus, de gratia unus, de fortuna unus, de magnanimitate unus, de nuptiis unus, de trabe unus, de pace unus, de legibus unus, de studiis unus, de tempore unus, Dionysius unus, Chalcidicus unus,

Digitized by Google

μὴ α', περὶ Ἀντιφάνους α', Πρωτοίμιον ἱστορικὸν α', Ἐπιστολαὶ α', Ἐκκλησία ἔνδρκος α', περὶ γήρως α', Λύκρια α', Αἰσωπείων α', Χρειῶν α', χαρακτὴρ δὲ φιλόσοφος, εὐτονία ῥητορικῇ 82.
καὶ δυνάμει κεκραμένος. Οὗτος ἀκούσας ὅτι τὰς εἰκόνας αὐτοῦ X.
κατέστρεψαν Ἀθηναῖοι, „Ἀλλ' οὐ τὴν ἀρετήν," ἔφη, „δι' ἣν
ἐκείνας ἀνέστησαν." ἔλεγε μὴ n) μικρὸν εἶναι μέρος τὰς ὀφρῦς
ὅλῳ χάρ o) ἐπισκοτῆσαι δύνασθαι τῷ βίῳ. οὐ μόνον τὸν πλοῦ-
τον ἔφη τυφλόν, ἀλλὰ καὶ τὴν ὁδηγοῦσαν αὐτὸν τύχην. ὅσον ἐν
πολέμῳ δύνασθαι σίδηρον, τοσοῦτον ἐν πολιτείαις ἰσχύειν λό-
γον, ἰδών ποτε νεανίσκον ἄπαστον; „Ἰδού, ἔφη, τετράγωνος
Ἑρμῆς ἔχων σῶμα, κοιλίαν, αἰδοῖον, πάγαγα, τῶν τετυφω-
μένων ἀνδρῶν ἔφη τὸ μὲν ὕψος δεῖν περιαιρεῖν, τὸ δὲ φρό-
νημα καταλιπεῖν. τοὺς μέσους ἔφη δεῖν ἐπὶ μὲν τῆς οἰκίας
τοὺς γονεῖς αἰδεῖσθαι, ἐν δὲ ταῖς ὁδοῖς τοὺς ἀπαντῶντας, ἐν
δὲ ταῖς ἐρημίαις ἑαυτούς. τοὺς φίλους ἐπὶ μὲν τὰ ἀγαθὰ πα- 83.
ρακαλουμένους ἀπιέναι, ἐπὶ δὲ τὰς συμφορὰς αὐτομάτους
τοσαῦτα καὶ εἰς τοῦτον ἀνάφερεσθαι δικεῖ. Γενόμενος δὲ Δη- XI.
μήτριοι Ἀξιόλογοι εἴκοσι, πρῶτος Χαλκηδόνιος p), ῥήτωρ καὶ

n) μή. Edit. Eroben. omittit, neque agnoscit interpretatio Aldobrandini.
o) χάρ. Legebatur γόβη.
p) Χαλκηδόνιος. Legebatur Καρχηδόνιος. Illud restitui ex Ambrosio interpretante *Chalcedonius*.

Atheniensium incursio unus, de Antiphane unus, Prooemium historicum unus, Epistolae unus, Concio iurata unus, de senectute unus, Iura unus, Aesopiarum unus, Sententiarum unus. Porro stilus ipse philosophicus, oratorio robore viribusque permixtus. Hic ubi comperit Athenienses imagines suas evertisse: At, inquit, virtutem illi non everterunt, cuius gratia illas erexerant. Aiebat non esse parvum aut negligendum membrum supercilia: posse enim vitam omnem obscurare. Non modo divitias caecas asserebat, verum et illarum auctorem fortunam. Quantum in bello posset ferrum, tantum in republica eloquentiam valere. Quam vidisset aliquando iuvenem luxuriosum, Hoc, inquit, quadrata Mercurii statua habens syrma, ventrem, pudenda, barbam. Hominum fastu turgidorum aiebat circumcidi oportere altitudinem, spiritumque relinquere. Iuvenes asserebat oportere domi quidem parentes, in itineribus autem obvios, in solitudine vero se ipsos revereri. Amicos dicebat secundis in rebus adesse advocatos: in calamitatibus autem sua sponte atque invocatos. Talia in hunc quoque conferri vi-

Digitized by Google

Θρασυμάχου πρεσβύτερος· δεύτερος αὐτὸς οὗτος· τρίτος Βυζάντιος, περιπατητικός· τέταρτος ἐπικούρειος Γραμματικὸς καὶ σοφὴς δοκήσασθαι· ἦν δὲ καὶ ὁ αὐτὸς ζωγράφος. πέμπτος Ἀσπένδιος, μαθητὴς Ἀπολλωνίου τοῦ Σολέως· ἕκτος Καλατιανός q), ὁ γεγραφὼς περὶ Ἀσίας καὶ Εὐρώπης εἴκοσι βίβλους· ἕβδομος Βυζάντιος, ὃς περιπατήσας βιβλίους γεγραφὼς τὴν Γαλατῶν διάβασιν ἐξ Εὐρώπης εἰς Ἀσίαν καὶ ἐν ἄλλοις οὐκὼ τὰ περὶ Ἀντιόχου καὶ Πτολεμαίου καὶ τὴν Λιβύης ὑπ-
84. αὐτῶν διοίκησιν· ὄγδοος ὁ διατρίψας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ σοφιστής, τέχνας γεγραφὼς ῥητορικάς· ἔνατος Ἀθηναγόρου μαθητὴς γραμματικός, ἐπικληθεὶς Ἄξιον διὰ τὸ ἀξιοῦσθαι τι δοκεῖν περὶ τὴν Ἥραν· δέκατος Κυρηναῖος, γραμματικός, ὁ ἐπικληθεὶς Ἑνέπνας, ἀνὴρ ἀξιόλογος· ἑνδέκατος Σκήψιος πλούσιος καὶ εὐγενὴς ἄνθρωπος καὶ φιλόλογος ἀνήρ· οὗτος καὶ Μητρόδωρον προσεβίβασε τὸν πολίτην. δωδέκατος γραμματικὸς Ἐρυθραῖος, πολυγραφηθεὶς ἐν τῇ Μυῇ· τρισκαιδέκατος Βιθυνὸς Διφίλου r) τοῦ στωϊκοῦ υἱός, μαθητὴς δὲ Πανατίου τοῦ Ῥο-
85. δίου· τεσσαρεσκαιδέκατος ῥήτωρ Σμυρναῖος, καὶ οὗτος μέν

q) *Καλατιανός.* Ita scripsi cum Stephano et B. Edit. Frob. κελαντιανός. Menag. *Καλαντιανός.* Vid. supra I. 88. ibique Menag. obss. T. II. p. 22. ed. Meib. et Schaefer. ad Dionys. Halic. de Compos. Verbb. IV. 40. p. 67.

r) *Διφίλου.* Scribebatur *Δημίου.* Correxit Menagius in obss.

dentur. Fuerunt autem Demetrii memorabiles vigiliti: primus Chalcedonius orator, Thrasymacho antiquior; secundus hic ipse; tertius Byzantius, Peripatetician; quartus qui cognominatus est Γραμματικός, in disserendo perspicuus, idemque ipse pictor; quintus Aspendius, Apollonii Solensis discipulus; sextus Galatianus, qui de Asia et Europâ scripsit libros viginti; septimus Byzantius, qui tredetim libris Gallorum ex Europa in Asiam translatum et bona aliis Antiochi et Ptolemaei gesta Libyaeque sub ipsis administrationem conscripsit; octavus sophista, qui moratus Alexandriae artem oratoriam scripsit; nonus Adramyteus, grammaticus, Ixion appellatus, quod Iunonem in aliquo iniuriis affectisse videretur; decimus Cyrenaeus, grammaticus, cognomento Stamnus, vir sane memorabilis; undecimus Scepsius, vir dives et nobilis et in primis studiosus, idemque Metrodorum civem promovit; duodecimus grammaticus Erythraeus, civis adscriptus in Myo; decimus tertius Bithynius Diphili Stoici filius discipulusque Panaetii Rhodii; decimus quartus orator Smyrnaeus. At-

Digitized by Google

λογικοί. ποιηταὶ δὲ πρῶτος ἀρχαίαν κωμῳδίαν πεποιηκώς· δεύτερος ἐπῶν ποιητής, οὗ μόνα σώζεται πρὸς τοὺς φθονεροὺς εἰρημένα τάδε·

Ζωὸν ἀτιμήσαντες ἀποφθίμενον ποθέουσι·
καί ποθ' ὑπὲρ τύμβοιο καὶ ἀπνόου εἰδώλοιο
ἄστεα νεῖκος[s]) ἐπῆλθεν, ἔριν δ' ἐστήσατο λαός.

τρίτος Ταρσικὸς σατυρογράφος· τέταρτος ἰάμβους γεγραφώς, πικρὸς ἀνήρ· πέμπτος ἀνδριαντοποιός, οὗ μέμνηται Πολέμων· ἕκτος Ἐρυθραῖος, ποικιλογράφος ἄνθρωπος, καὶ ἱστορικὰ καὶ ῥητορικὰ πεποίηκε βιβλία.

s) νεῖκος. Edit. Froben. νῖκος.

que isti quidem prosa oratione scripserunt: poetae autem hi: primus qui comoediam scripsit; secundus epicus poeta, cuius illa sola habentur quae adversus invidos scripsit:

Oderunt vivum quem mox post funera quaerent:
Et super exanimi nonnunquam umbra atque sepulcro
Contendere urbes amplae populique potentes.

tertius Tarsicus satyrarum scriptor; quartus iambicus, vir amarulentus; quintus sculptor, cuius Polemo meminit; sextus Erythraeus, varius scriptor, qui historicos et oratorios conscripsit libros.

CAPUT VI.

ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ.

I. Ἡρακλείδης Εὐθύφρονος Ἡρακλεώτης τοῦ Πόντου, ἀνὴρ
86. II. πλούσιος. Ἀθήνησι δὲ πρῶτα μὲν Σπεύσιππῳ
ἀλλὰ καὶ τῶν Πυθαγορείων διήκουσε καὶ τὰ Πλάτωνος ἐζη-
λώκει· καὶ ὕστερον ἤκουσεν Ἀριστοτέλους, ὡς φησι Σωτίων
III. ἐν Διαδοχαῖς. Οὗτος ἐσθῆτί τε μαλακῇ ἐχρῆτο καὶ ὑπέρογ-
κος ἦν τὰ σῶμα a), ὥστε αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν b) μὴ Πον-
τικὸν ἀλλὰ Παμπικὸν καλεῖσθαι. πρᾷός τε ἦν τὸ βάδισμά τε καὶ
IV. σεμνός. Φέρεται δ' αὐτοῦ συγγράμματα κάλλιστά τε καὶ ἄρι-
στα c)· Διάλογοι, ὧν ἠθικὰ μὲν περὶ δικαιοσύνης γ', ἓν δὲ
περὶ σωφροσύνης περί τε εὐσεβείας· καὶ περὶ ἀνδρείας α' d)
87. κοινῶς τε περὶ ἀρετῆς α' καὶ ἄλλο e), περὶ εὐδαιμονίας α', περὶ

a) ὑπέρογκος ἦν τὰ σῶμα. Hemsterhusius ad Lucian. Somn. c. 8. T. I. p. 11. ed. Reitz. coni. ὑπ. ἦν τὸ σχῆμα, *specie corporis erat magnifica et quasi ad pompam composita.*
b) ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν. Ruhnkenius ad Longin. p. 112. ed. Weisk. coni. ὑπὸ τῶν ἀστικῶν.
c) ἄριστα. Edit. Froben. εὔριστα.
d) περὶ ἀνδρείας α'. Edit. Froben. περὶ ἀνδρίας α'.
e) καὶ ἄλλο. Addidi ex Menagiana.

HERACLIDES.

Heraclides Euthyphronis filius Heracleotes, e Ponto, vir fuit dives. Athenis autem primum quidem Speusippo se in disciplinam dedit, Pythagoreorumque auditor fuit, Platonemque imitari nitebatur. Postremo, ut Sotion in Successionibus sit, Aristotelem audivit. Hic mollicula veste utebatur tumentique fuit corpore, adeo ut illum Attici non iam Pontieum, sed Pompicum vocarent. Porro incessu mitis erat et verendus. Feruntur ingenii illius monumenta praeclara atque optima. Dialogi, quorum quae ad mores instituendos faciunt, sunt haec: de iustitia tres, unus de temperantia, de pietate, de fortitudine communiterque de

Digitized by Google

τῆς ἀρχῆς αὐτῶν· καὶ ὑμῶν δὲ καὶ τῶν συγγενῶν τούτων περὶ ὀνομάτων αἰτιολογίας α', Ἀπόφασις ἐρωτικὸς g) καὶ Κλειτίας α', φύσεως δὲ περὶ νοῦ, περὶ ψυχῆς καὶ κατ' ἰδίαν h) περὶ ψυχῆς καὶ περὶ φύσεως καὶ i) περὶ εἰδώλων, πρὸς Δημόκριτον, περὶ τῶν ἐν ὑπαιθρίοις k), περὶ τῶν ἐν ᾅδου, περὶ βίων α' β', Λύσεις περὶ νόσων α', περὶ τοῦ ἀγαθοῦ α' πρὸς καὶ Ζήνωνα α', πρὸς τὸν Μητρόδωρον α' γραμματικὰ δὲ περὶ τῶν Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἡλικιῶν α' β' περὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὁμήρου α' β' καὶ μουσικὰ δὲ περὶ τῶν παρ' Εὐριπίδῃ καὶ Σοφοκλεῖ α' β' γ', περὶ μουσικῆς α' β' ο), Λύσεων Ὁμηρικῶν α' β', Θεωρηματικὸν α', περὶ τῶν τριῶν τραγῳδιῶν α', Χαρακτῆρας α' περὶ ποιητικῆς καὶ τῶν ποιητῶν α', περὶ σχολαστῶν α', Ἡρακλείτου ἐξηγήσεις δ', πρὸς τὸν Δημόκριτον ἐξηγήσεις α', Λύσεων ἀμφιλόγων α' β', Ἄθλημα α' καὶ περὶ ἀθλητῶν α' β' ἱστορικόν, Προθῆκαι α', πρὸς

g) περὶ τῆς ἐρωτικῆς. Articulum addidi ex Menagiana.
h) Ἀπόφασις ἐρωτικὸς. Lacuna. Eben. Forte ἐρωτικὸς ἐρωτικός.
i) περὶ ψυχῆς καὶ κατ' ἰδίαν. Edit. Froben. omittit.
k) καὶ. Addidit ex Menagiana.
l) πρὸς Δημόκριτον, περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ α'. Edit. Froben. et Menag. πρὸς Δημόκριτον περὶ τῶν οὐρανίων α'. Ordinem post Δημόκριτον mutavi.
m) τέ. Edit. Froben. τά.
n) περὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὁμήρου β. Edit. Froben.
o) περὶ μουσικῆς α' β'. Meursius ex Athenaeo X. p. 455. D. et XIV. p. 624. C. addidit γ'.

virtute unus et alius de felicitate unus, de imperio unus, de legibus unus deque his affinibus, de nominibus unus, omnia unus, Invitus amatorius et Olinias unus. Naturales vero: de mente, de anima secundumque de visis et de natura et de imaginibus seu simulacris, adversus Democritum: de his quae sunt in caelo unus, de his quae sunt apud inferos, de vitiis duo, de causis morborum unus, de bono unus, adversus Zenonem unus, adversus Metronem unus. Grammatici vero: de Homeri et Hesiodi aetate duo, de Archilocho et Homero duo. Musici vero: de his quae apud Euripidem et Sophoclem reperiuntur duo, de musica duo, Solutionum Homericarum duo. Theorematicus unus, de tribus Tragicis unus, Figurae unus, de poetica et poeta unus, de recta coniectura unus, de praescientia unus, Heraclitii enarrationes quatuor, Enarrationes in Democritum unus, Solutionum quae in contentionem veniunt duo, Enunciatio unus, de speciebus unus, Solutiones unus, Pacta unus, ad

Digitized by Google

Δημύσιον ὁ ἔντυπος δὲ περὶ τοῦ ἐμπορεύεσθαι ὁ Πρωταγόρας· ἱστορικὰ περὶ τῶν Πυθαγορείων καὶ περὶ εὑρημάτων τοιαῦτα τὰ μὲν κωμικῶς πέπλασται, ὡς τὸ περὶ ἡδονῆς καὶ περὶ σωφροσύνης· τὰ δὲ τραγικῶς, οἷς τὸ περὶ τῶν παθ' ἑαυτὸν
89. καὶ τὸ περὶ ἀσεβείας καὶ τὰ περὶ ἐξουσίας· πάσῃ δ' αὐτῶν μὲν καὶ μεμέτρηται τὸ ὁμιλητικὸν φιλοσόφων τε καὶ στρατηγικῶν καὶ πολιτικῶν ἀνδρῶν πρὸς ἑαυτοὺς διειλεγμένων. ἀλλὰ καὶ γεωμετρικά ἐστιν αὐτῷ καὶ διαλεκτικά. ἄλλως τε δὲ ἅπασι ποικίλος τε καὶ διηρμένος τὸν λόγον ἐστὶ καὶ πρὸς ἀγωνιστικὴν
V. ἰσχυρῶς δυνάμενος. λέγουσι δέ καὶ τὴν πατρίδα αὐθαιρέτως ἐλευθερῶσαι, καὶ μόναρχον στεῖλαι, ὡς φησι Δημήτριος ὁ
VI. Μάγνης, ἐν Ὁμωνύμοις· ὡς καὶ κοσμῆσαι ἱστορεῖ περὶ αὐτοῦ Θρόνιον αὐτὸν δράκοντα ἐν γάλαι καὶ πιπράσκοντα ἑπειδὴ τε λευκὸν ἅπαντα ἐκείνου εἶναι τῶν περὶ τὸν ἄνδρα τὸ σῶμα κατεμφῦσαι, τὸν δὲ δράκοντα ἀπὸ τῆς πόλεως φεύγειν ὅτι δό-
90. ξειεν εἰς θεοὺς μεταβεβηκέναι. ἐμίσει δὲ πάντα· καὶ μεταξὺ παραπεμπόντων Ἡρακλείδην τῶν πολιτῶν καὶ εὐφημούντων, ὁ δράκων ἀκούσας τῆς ἐπιβρύξας ἐξέδυ τῶν ἱματίων καὶ διε-

---

q) διημένος τὴν λέξιν. Legebatur διημμένος τὴν λέξιν. Correxit Casaubonus. Vid. Wyttenbach. ad Plutarchi Moral. p. 1001. ed. Oxon. T. II. p. 283. ed. Lips. et Schaeferi Melet. Crit. p. 10. sq.

r) παναγώνιον. Casaubonus conl. παναγώνιον.

Dionysium unus. Rhetorici autem de oratoris officio sive Protagoras. Historici de Pythagoreis et de inventis. Ex his alia quidem comice finxit, sicuti de voluptate et pudicitia, alia tragice, sicut de iis quae sunt apud inferos et de pietate et de potestate. Observant autem saepenumero et mediocritatem in dicendo quandam, velati philosophis et ducibus politicisque inter se loquentibus. Exstant illius scripta et de geometria et de dialectica. b Est autem in omni genere orationis varius et dictione elatus maximamque habet capiendi animos atque oblectandi vim. Sunt qui asserant illum et patriam tyrannide oppressam necato tyranno liberasse, ut ait Demetrius Magnesius in Aequivocis, qui de illo tale aliquid tradit. *Nutrisse enim a puero draconem et quum iam mirifice esset, fastidisse quendam ex necessariis eius corpus prodere, draconemque supponere lectulo, ut putaretur ad deos migrasse; factumque est ut ille mandaverat. Interea quum Heraclidam efferrent cives atque laudibus prosequerentur, audito clamore draco ex vestibus prodiit, pertur-*

Digitized by Google

τώραξε τοὺς πλείστους. ὕστερον μέντοι ἐξεκαλύφθη πάντα καὶ ὤφθη Ἡρακλείδης οὐχ οἷος ἐδόκει, ἀλλ' οἷος ἦν." καὶ ἔστιν ἡμῶν εἰς αὐτὸν οὕτως ἔχον·

Θέλες ἀνθρώπους λιπεῖν φάτιν, Ἡρακλείδη,
ὡς ἐκ θανόντος ἐγένου ζωὸς ἅπασι δράκων.
ἀλλὰ διεγρέσθης· νεκυοφορεῦμεν δὴ γὰρ ὁ μὲν θὴρ
ἦσθα δράκων, οὐ δὲ θήρ, οὐ σοφὸς ὤν, ἄλλως s).

ταῦτα δὲ φησι καὶ Ἱππόβοτος. Ἕρμιππος δὲ λιμοῦ κατα- 91.
σχόντος τὴν χώραν φησὶν αὐτὰ τοὺς Ἡρακλείδας τὴν Πυθίαν λῦσαι· τὸν δὲ Ἡρακλείδην διαφθεῖραι χρήμασι τοὺς τε θεωροὺς καὶ τὴν προσαγορευθεῖσαν, ὡς ἀνεπιτήδειον ἀπαλλαγῆναι θέσθαι τῶν κακῶν. ὁ δὲ ζῶν μὲν Ἡρακλείδης ὁ Εὐθυφρόνους χρυσῷ στεφάνῳ t) στεφανωθεὶς ὑπὸ αὐτῶν, ἀποθανὼν δὲ ὡς ἥρως τιμᾶται· ἐκομίσθη δ' οὖν u) χρησμὸς καὶ οὐδὲν ἄνευτο οἱ πλάσαντες αὐτόν. αὐτίκα γὰρ ἐν τῷ θεάτρῳ στεφανούμενος ὁ Ἡρακλείδης ἀπέλιπεν ἔμψυχον, εἴ τι θεωροὶ καταλευσθέντες x) διεφθάρησαν. ἀλλὰ καὶ ἡ Πυθία τὴν αὐτὴν ἡμέραν κατιοῦσα εἰς τὸ ἄδυτον καὶ ἐπιστᾶσα, ἐπὶ τῶν δρακόν-

s) Θέλες — ἄλλως. V. Iacobs. Anthol. Gr. VII. 114.
t) στεφάνῳ. Edit. Froben. omisit.
u) δ' οὖν ὁ. Edit. Froben. omisit.
x) καταλευσθέντες. Edit. Froben. et Meineg. κατολισθέντες. Steph.

barbiqui plurimos. Tandem vero aperta iuhe omnia visusque est Heraclides, non qualis putari voluit, sed qualis erat. Est et in hunc nostrum epigramma:

Mirum, Heraclides, quid tantum optaveris amens,
Post mortem nobis ut videretur draco.
Falsus at es, mihi crede; fuit nam bellua vere
Ille draco, sed eras bellua, non sapiens.

Haec Hippobotus quoque ait. Caeterum Hermippus Heracleotas tradit, quum fames vastaret provinciam, incommodi absolutionem ex Pythia quaesiisse. Porro Heraclidem et theoros et quam memoravimus Pythiam corrupisse pecuniis, ut dicerent tum demum eos letatum iri incommodis, si et vivum Heraclidem Euthyphronis filium aurea corona honorarent et vita functum ut heroem venerarentur. At ubi oraculum delatum est, nihil eos qui hanc scenam fixerant, inde esse lucratos. Continuo enim coronatum in theatro Heraclidem tactum apoplexia esse, theoros vero lapidibus obrutos interiisse. Pythiamque ipsa hora quum ascendisset in adytum, draconis morsu continuo efflasse animam, atque ista

Digitized by Google

των δηχθείσα παρηγόρημα ἐπέπεμψεν. καὶ τὸν μὲν περὶ τὸν
VII. 92. θάνατον αὐτοῦ τοσοῦτα. Φησὶ δ' Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς
καὶ τραγῳδίας αὐτὸν ποιῆσαι καὶ Θεσπιδος αὐτὰς ἐπιγράψαι.
Χαμαιλέων τε ἐν τῷ παρ' ἑαυτῷ φησι κλέπτειν αὐτὸν τὰ περὶ
Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου γράψας· ἐλέγχει δὲ καὶ Ἐπικούρειος
ἐπιτιμῶν αὐτῷ· φησὶ γοῦν διαφωνεῖν αὐτὸν ἐν τοῖς περὶ
δικαίου. ἔτι καὶ Διονύσιος ὁ Μεταθέμενος ἢ Σπίνθαρος, ὡς ἔνιοι,
γράψας τὸν Παρθενοπαῖον ἐπέγραψε Σοφοκλέους· ἀλλὰ πιστεύσας εἴς τι τῶν ἰδίων συγγραμμάτων ἐγκεῖσθαι φαρμακίδος
93. ὡς Σαφοκλέους, αἰσθόμενος δ' ὁ Διονύσιος ὑπεκστὰς αὐτῷ τὸ
γεγονὸς τιμᾷ, ὁ δ' ἀρνούμενος καὶ ἀπιστῶν ἐπέθηκεν ἑαυτὸν
παραχρῆμα· καὶ ὅτι Πέρσαι καὶ ὅτι ἐπὶ τῷ ἐπιγράμματι
ος Διονυσίου· ὡς δ' ἔστι ἀπόχρη ταῦτα· καὶ τὸν αὐτὸν ἐνδέχεσθαι φῶτας ἄχθεν πάλιν ἀπαλλοτριοῦσθαι ὁ Διονύσιος ὅτι
Καὶ ταῦτα εὑρήσεις

Εἶδον πίθηκον οὐκ ἀλέξανδρον πίθηκον
ἀλλ' ἄνθρωπον πάνυ μετασχηματιστὴν δ' ἀληθινὸν

et cod. Palat. cum Arund. καταναλισθέντες, quod Ambrosius expressit devoratos. —

y) Αἰτόδωρος. Edit. Froben. et Meurs. Ἀντόδωρος. Illud commendant cod. Palat., Ambrosius, Stephanus et Menagius.

z) Ἐπιχαρίδου. Edit. Basil. Ἐπιχάρου.

a) Πάγκαλον. Edit. Froben. πᾶν καλόν. Stephan. et cod. Palat. παγκάλως. R. πᾶν καλός. Secutus cum Menagianus. Ipse Menagius cum cod. Farnesiano malebat Πάγκαλος.

quidem de ipsius morte. Tradit autem Aristoxenus Musicus illum tragoedias quoque scripsisse Thespidique illas praenotasse titulo. Chamaeleon quoque ait illa sua furatum de Homero et Hesiodo scripsisse. Autoforus quoque Epicureus illum arguit, contradicens iis quae ille de justitia scripsit. Insuper et Dionysius Metathemenus seu, ut alii volunt, Spintharus Parthenopaeum scribens Sophoclis nomen inscripsit. Ille ita credens in quibusdam Commentariis suis eius testimoniis veluti Sophoclis utitur, id sentiens Dionysius illum negantem et mutientem admonuit, ut versuum primas quasque literas inscriberet, in quibus erat Pancalus. Is a Dionysio amabatur. Verum ut ille neque ita fidem accommodans forte aiebat, et hunc potuisse ut ita se haberet, tursus ad illum scripsit Dionysius: *Haec quoque reperies.*

Laqueo vetustam non prehendes simiam:
Prendes quidem illam, quamvis aegre id denique.

Digitized by Google

καὶ πρὸς τούτοις· „Ἡρακλείδης γράμματα οὐκ ἐπίσταται οὐδ' ἠσχύνθη." Γεγόνασι δ' Ἡρακλεῖδαι τεσσαρεςκαίδεκα· VIII.
πρῶτος αὐτὸς οὗτος· δεύτερος πολίτης αὐτοῦ, πυρρίχας καὶ φλυαρίας συντεταγμένος· τρίτος Κυμαῖος, γεγραφὼς Περσικὰ 94.
ἐν πέντε βιβλίοις· τέταρτος Κυμαῖος, ῥήτωρ τέχνας γεγραφώς· πέμπτος Καλατιανὸς b) ἢ Ἀλεξανδρεύς, γεγραφὼς τὴν διαδοχὴν ἐν ἓξ βιβλίοις καὶ Λεμβευτικὸν λόγον, ὅθεν καὶ Λέμβος ἐκαλεῖτο· ἕκτος Ἀλεξανδρεύς, γεγραφὼς τὰ Περσικὰ ἰδιώματα· ἕβδομος διαλεκτικὸς Βαργυλήτης, κατ' Ἐπικούρου γεγραφώς· ὄγδοος ἰατρὸς τῶν ἀπὸ Ἱκεσίου c)· ἔνατος ἰατρὸς Ταραντῖνος, ἐμπειρικός· δέκατος ποιητικός, παραινέσεις γεγραφώς· ἑνδέκατος ἀνδριαντοποιὸς Φωκαεύς· δωδέκατος ἐπιγραμμάτων ποιητὴς λιγυρός· τρισκαιδέκατος Μάγνης, Μιθριδατικὰ γεγραφώς· τεσσαρεσκαιδέκατος ἀστρολογούμενα συγγεγραφώς.

b) *Καλατιανός.* Edit. Froben. et Stephan. cum Ambrosio *Καλλιτιανός.* Menag. *Καλιτιανός.* Menagius corr. *Καλλατιανὸς* s. *Καλλαντιανός.* V. supra §. 83.
c) *Ἱκεσίου.* Menagius coni. *Ἡροφίλου.*

et ad haec: *Heraclides litteras ignorat, neque erubescit.* Fuerunt autem quattuordecim Heraclidae: primus hic ipse; secundus conterraneus huius, qui pyrrhichas nugasque composuit; tertius Cumanus, qui Persica quinque libris absolvit; quartus Cumanus, orator qui artes rhetoricas scripsit; quintus Calatianus sive Alexandrinus, qui sex libris Successionem explicuit orationemque Lembeuticam, unde et Lembus vocabatur; sextus Alexandrinus, Persicarum proprietatum scriptor; septimus dialecticus Bargyleites, qui contra Epicurum scripsit; octavus medicus Hicesius; nonus medicus Tarentinus, empiricus; decimus poeticus, qui praecepta conscripsit; undecimus statuarius Phocensis; duodecimus argutus epigrammatum poeta; decimus tertius Magnesius, qui scripsit Mithridatica; decimus quartus qui conscripsit de astrologia.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building

SEP 16 1915

APR 30 [illegible]

form 410

Digitized by Google

BAD SEC



Digitized by Google